EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 C
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-12 e 25

Petri Plateani Angoliſmæi,

IN SVMMO TRIBVTORVM VEctigaliúmque Tribunali, Regij patroni Paraphraſis,

In Titulos Inſtitutionum Imperialium de Actionibus, Exceptionibus, & Interdictis. Quibus potior iuris pars continetur, præſertim quæ in foro quotidie magis verſatur. Scolijs ſeorſum margini adpoſitis, per quæ lector intelligat, quid Pontificũ decretis Principum noſtrorum conſtitutionibus, vſúue à Iuſtiniani præceptis detractum ſit: & quatenùs quæ ab eo tradita ſunt ſequi opporteat.

Ex legato

Joannes Dominicus Bellottus Romanus

Cum priuilegio.

PARISIIS,

Apud Galeotum à Prato, ad primam columnam Regij Palatij.

1548.

SOC. IESV. COL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SEnatus Pariſienſis decreto omnibus interdictũ eſt huius Paraphraſis impreſsione, venditione, intra quadriẽnium. Qui quid aduerſus ea fecerit, admiſerit, pœna eſt in decreto æſtimata: vt libri impreſsi, aut inter promercales habiti, publicentur: additúmque vt extra ordinem res vindicetur.

Decretum à Reginaldo ſubſcriptum. X. CAL. Septembris, Anno domini M D. XLVIII.

Petri Plateani Angoliſmæi,

IN SVMMO TRIBVTORVM VEſtigaliúmque Tribunali, Regij patroni. Ad clariſsimum Senatus Pariſienſis præſidem à ſancto Andrea, Præfatio.

OMnium omnino vitiorum, & incõmodorum, quæ quotidie in iudiciis verſantur, vna cautio, vnáque vel præcipua prouiſio, iure ſemper habita eſt clariſsime Præſes, quã fieri poteſt optimè actionem concipere, & intendere. Eſt enim petitionis libellus cauſſæ totius fundamentũ, & veluti carina: quo malè conſtituto, vix quicquam commodæ ſuperſtrui poteſt. Itaque quum multa Iuſtinianus ad rectè componendum ciuitatis ſtatum tradiderit, nihil tamẽ vtilius, perfectiuſque ſcriptum videtur reliquiſſe, quàm quod poſtrema hac, eadémque difficillima inſtitutionum parte, de Actionibus breuiter diſſeruit. In quibus explicandis tantum ille induſtriæ, diligentiæque adhibuit, vt nihil prorſus, cum ad actiones cautè inſtituendas, prudentérque perſequendas, tùm ad litium compendium, reliqui feciſſe videatur. Quarum quidem rerum ignoratione antea contigiſſe audiuimus, ipſi etiam vidimus, vt plurimi actionis formulam à re alienam temerè in iudicium deductam, non ſine riſu, atque incommodo plerunque emendarent: ſæpius maiore cum damno lite exciderẽt: Aut quod omnium hac in re puto eſſe miſerrimum, dum ea male cõcepta, inſtitutáque rectum curſum nullo modo tenere poſſet, ad extremum per omnes forenſes Mæandros peruagata, ſic in ſalebra hæreret, vt inde nõ niſi ægerrimè, ac ingenti actoris diſpendio abduci poſſet. Adeò vt haud facilè ſtatuas, an vlla in parte iudiciorum ſæpius, pernicioſiúſque hodie peccetur. Quem ego errorem quum imprimis hominibus noſtris vitandum eſſe exiſtimarem, & in eo rudioribus adiumentum adferre ſtuderem (neque enim vt ait ille

tam Perſius quàm Lælius ſcribo) effectum eſt, vt quum plura poſthac ſuccisſiuis horis ſcribere decreuiſſem: (Nam quid poſſum melius ne id temporis perire patiar) ab eo exordirer maximè, quod & vitæ meæ inſtituto aptisſimum, & plerisque vtilisſimum fore videbatur. Suſcepi itaque laborem hunc, ſtudioſis fortè non ingratum: vt imperatoris ſententiam hac Paraphraſi explicans, Actiones tam ordinarias, quàm extraordinarias, quæ interdicta appellantur, atque adeò exceptiones (potiorem ſanè iuris noſtri partem, quod non ignoras, præſertim quæ ad iudicia pertineat, & quæ frequentius in foro verſetur) complecterer. In quo ſi quis eſt, qui poſt tot doctisſimos hoc loco Iuſtiniani interpretes (horum enim commentaria duodecim vidimus, & legimus) à nobis hanc operam fruſtra ſuſcipi exiſtimet, & miretur, is tum (credo) deſinet, quum huius generis ſcribendi naturam ſpectauerit: quæ quoniam non tam in colligendis, quàm in ſeligendis, & diiudicandis ſententiis conſiſtit, nullo vnquam commodius loco congruit, atque neceſſaria eſt, quàm quum ſic vndique lectorem obruit ſententiarum moleſta varietas, vt harum incerta, difficiliſque admodum ſit electio. Ad eum enim laborem quem rei ipſius difficultas multum erat habitura, acceſſit nouum hoc, & idcirco difficillimum in hac arte, hócque imprimis loco interpretandi genus: cum ob varietatem interpretum (quorum velut in immenſo mari plerunque fluctuat opinio) ſinuoſáque, & inexhauſta horum commentaria: tum quod vt aliorum ſententias disſidentes recenſeam, meam non interponam (quod plerique omnes faciunt) vel vt locum non liquere ingenuè fatear, huius commentationis leges non permittunt, quæ perpetuam quandam, contextam, & certam orationis ſeriem, in explanandis interpretum ſententiis requirunt. At vero quod ſentias temerè affirmare, & in tanta opinionum disſimilitudine iudicare quæ ſit optima, vix arbitrabar eius eſſe qui vereretur reprehenſionem doctorum, atque prudentium. Quamobrem quia paraphraſtem hic agere omnium videbatur difficillimũ, & ad ſubeun-

dam

dam ancipitem iudiciorum aleam maxime periculoſum, diu equidem mecum ſum reluctatus: vela tamen ventis tandem permiſimus, & in medio laboris curſu excitandæ noſtrorum hominum induſtriæ ſtudio nō mediocriter ſumus confirmati. Atque vt Iuſtiniani ſententiam ad fori noſtri vſum accommodaremus, elaborauimus. Quod quoniam perpetua Paraphraſi dum ipſius auctoris perſonam ſuſtinemus, aſſequi nō potuimus, ſeorſum ſcolus effecimus, aut vt dicam verius, efficere voluimus: vt ſtudioſus lector intelligeret, quid pontificum decretis, principum noſtrorum conſtitutionibus, vſúue in hac parte præſertim eſſet detractum, aut quatenus noſtri quæ à Iuſtiniano præcepta eſſent ſequerentur. In quo quid ſimus conſequuti, aliorum ſit iudicium: prodeſſe certe voluimus, nominis etiam noſtri periculo. Cuius tamen uitandi mihi uiſus ſum rationem iniiſſe doctiſſime Præſes, ſi tibi iſtas qualeſcunque lucubrationes meas nuncuparem, & lectoribus etiam moroſis nominis tui celebritatem, amplitudinémque prætenderem, quibus abunde ſatisfactum eſſe exiſtimabo, ſi intelligant eas non dicam tibi placuiſſe, ſed id modo non eſſe à te prorſus improbatas: Vnus enim tu ut de Platone dicebat Antimachus, eris inſtar omnium, Tanti faciunt omnes tuam in iudicando integritatem, & prudentiam. Bene vale Præſes ampliſſime.

IN PARAPHRASIM Titulorum de Actionibus, Exceptionibus, & Interdictis, Index.

Abſens quis intelligatur. follo.8.numero.3
Abſens aduerſus præſentē ſuccurritur. 7.6
Abſentia reipub. cauſſa qualis eſſe debeat. ibidem.
Actiones vnde appellatæ. 1.2
Actio quid eſt. ibid.
ſine Actione debitorem interdum perſequi licet. 1.5.6
Actionibus experiendum eſt. ibid.6
Actiones quãdo proditæ, & quomodo poſtea inſtitutæ. ibid.7.8
Actionum ſumma & præcipua diuiſio. ibid.9.10
Arbitria inſtar iudiciorum redacta ſunt. ibid.10
Actiones oēs, aut ſunt in rē, aut in perſonã. ibid.
Actiones in perſonam. 2.1.2
Actionis certa ſpecies in promptu edēda eſt. 2.1
Actio in rem. 2.3.4
Actio in rem dominiũ in actore poſtulat. 2.4.5
Actio in rem poſſeſsionē in reo deſiderat. ibid.6
Agēs in rē actione reũ poſſeſſorē agnoſcit. 2.7.8
Actio in rem locum habet aduerſus eum qui dolo poſsidere deſiit, aut qui ſe liti quum non poſſideret obtulit. ibid.8.9
In realibus actionibus, & iudiciis vetus formula ſublata. 3.1.2.3
Actione in rem pro corporalibus & incorporalibus agitur. ibid.4
Actio negatoria in corporalibus locum non habet. ibid.6
Actio confeſſoria cum ſua natura in corporalibus non habet locum, licet pro his confeſſoriæ agi poſſit. ibid.5.6.7
Actiones negatoriæ. 4.4.5
Actiones negatoriæ directæ & vtiles cui competunt. ibid.6.
Actio negatoria cur in corporalibus non habet locum. ibid.7.8.9
Actionum negatoriarum euentus. 5.1.2.
Actio in rem quæ in eum datur, qui dolo poſsidere deſiit, prætoria eſt. 6.4
Actiones ciuiles quæ exiſtimandæ ſunt, & quæ prætoriæ. ibid.5
Actio publiciana. ibid.10
Actio publiciana deſiderat iuſtã accipiendi cauſſam. 7.1
Actio publiciana vt competat traditionem à non domino præcepiſſe oportet, & bonam fidem in accipiente fuiſſe. 7.1.2.3
Actio Publiciana, & vendicatio ſimul præponi nõ poſſunt. 7.3
Actio publiciana in poſſeſsiorem dirigitur, ſed nõ ſemper. ibid.4.5.6.7.8
Actio Publiciana aduerſus verum dominum qui poſſeſſionem recuperauit, an detur. ibid.5
Actiones quibus res obligatas cõſequimur. 8.8.9
Actio Pauliana. ibid.10
Actio Pauliana quando competat. 10.1
Actione Pauliana quid conſequimur. ibid.2
Actio Fauiana & Caluiſia. ibid.2.3
Actio Seruiana, & quaſi ſeruiana prætoriæ. 10.6
Actione Seruiana quando experimur. ibid.7.8
Actionis Seruianæ beneficium in rebus ab inquilino inuectis magis apparet. ibid.10
Actio quaſi Seruiana. 11.4.5
Actionem quaſi Seruianam poſſeſſor nullus ſummouet, niſi in duobus caſibus. ibid.5
Actio quaſi ſeruiana indiuidua. ibid.6.
Actio hipothecaria & pigneratitia differunt. 12.2.3.4.
Actio hipothecaria vario tempore vſucapitur. ibid.3.4
Actio hipothecaria tam pro mobilibus quàm immobilibus competit. ibid.4
Actione hipothecaria duplici modo agimus. 12.4
Actio hipothecaria hodie competit pro iis quæ chirographo agnito cauta ſunt. 12.6.in ſcolio.
Actiones in perſonam prætoriæ. ibid.7
Actio de conſtituta prætoria. ibid.7
Actio receptitia olim erat, hodie ſublata. ibi.7.8
Actio de cõſtitura aduerſus quē locũ haber. 12.10
Actiones de peculio tot ſunt quod & principales obligationes. 13.10
Actiões de peculio aduerſus quos ĩtroductę. 14.1
Actione de peculio quandiu tenetur pater & dominus. ibid.5
Actio de peculio patri & domino non competit. ibid.7.
Actio de peculio tenet etiam ſi nihil tum in peculio ſit. 15.2
Actione de peculio pater & dominus etiam ex delicto tenentur. ibid.1
Actio ĩ factũ ex iureiurando prætoria. 15.2.3.4.5
Actiones pœnales prætoriæ. 16.8
Actio de albo corrupto. ibid.
Actio in factũ aduerſus eos qui vi eximũt. 18.1.2.3
Actio in factum aduerſus eum per quem factũ eſt quominus quis iudicio ſiſtat. ibid.3.4.5
Actiones præiudiciales. ibid.7.8
Actiones præiudiciales perſonales ſunt. ibid.8

Actio præiudicialis qua quæritur, an quis ingenuus ſit vel libertus. 19.1
Actio præiudicialis quum de partu agnoſcendo agitur. ibid.3.4
Actio ex Carboniano edicto. ibid.6
Actione in rem nunquã petimus vt detur. ibi.8.9
Actiones plures eis quibus iura fauent cõceduntur. ibid.10
Actionibus pluribus tenentur, quibus iura non fauent. ibid.
Actiones in rem vendicationes appellantur. 20.3
Actiones in perſonã cõdictiones dicũtur.ibi.3 4
Actionũ omnium finis perſequutorius eſt. ibid.6
Actionum pœnalium, & earum quibus res perſequimur differentia. ibid.7.8
Actio cõmodati directa & cõtraria.ibi.10.& ſeq.
Actio mandati directa & contraria. 21.4.5.6
Actio pro ſocio. ibid.7
Actio depoſiti pœnalis & perſequutoria in quatuor caſibus. ibid.9.10.& ſeq.
Actio depoſiti an infamet. 22.2.3
Actionem pœnalem non facit pœnæ conuentio, aut iudicis arbitrium. ibid.3
Actiones quæ ex maleficiis naſcuntur, pœnales ſunt. ibid.5
Actio furti ſolam pœnam perſequitur. ibid.
Actio vi bonorum raptorum. ibid.7
Actio ſola depoſiti compenſationum non admittit. 36.7.8.9
Actionum bonæfidei & ſtricti iuris differentia. ibid.10.& ſeq.
Actio arbitraria quomodo fiat. 37.2.3
in Actionib' arbitrariis, quid iudici liceat. ibi.4
Actiones arbitrariæ quæ ſunt in rem. ibid.4.5
Actiones arbitrariæ in perſonam. ibid.8
Actio ad exhibendum arbitraria. ibid.9
Actio ad exhibendum cui competit. ibid.9 10
Actio de dolo, & quod metus cã arbitrariæ.38.1.2
Actio noxalis arbitraria. ibid.3.4.5
Actio arbitraria interdũ vnam tantum habet ſententiam. ibid.5.6
Actio de eo quod certo loco promiſſum eſt arbitraria. ibid.6.7
Actio de eo quod certo loco quando habet locũ. ibid.7.8
I Actiõe de eo quod certo loco quid veniat.ib.8.9
ĩ Actionib' arbitrariis iudici quid liceat.ibi.9.10
in Actione in rem deſignatio facienda eſt. 39.5
Actiones duæ in eiuſdẽ perſona concurrere poſſunt. 45.7
Actionibus pluribus quando vti minime liceat. ibid.8.9
Actiones plures per alternationẽ iungi poſſunt. 45.10
Actionum pluriũ coniunctio quãdo vetita. ibid.
Actiones cõtrariæ ſimul iungi non poſſunt. 46.2
Actionibus pluribus legatariis vti, cur ſit permiſſum. ibid.1
Actio tributoria, & de peculio, an ſimul exercere poſſunt. ibid.
Actionibus aut ſolidum perſequuntur, aut minus. ibid.3
Actiones quibus ſolidum modo perſequimur, modo minus. ibid.
Actione de peculio nonnunquam ſolidum perſequimur, nonnunquam minus. ibid.3.4
Actio præſcriptis verbis quæ ex permutatione competit, quando naſcitur. 31.9.10
Actiones quæ ex pactis incõtinẽti adpoſitis producuntur præſcriptis verbis appellantur, & an bonæfidei ſint. 32.1.2
Actio pręſcriptis verbis ad varia ꝓponitur.32.3.4
Actio in factum ad quæ proponitur. ibid.5.6
Actiones in quadruplum. 27.8
Actio furti manifeſti in quadruplum. ibid.
Actio quod metus cauſſa in quadruplum. ibid.
Actio quod metus cauſſa quãdo cõpetat. ibi.8 9
Actio quod metus cauſa quẽ metũ deſideret. ibi.
Actio quod metus cauſſa in quem datur. ibid.10
Actio metus cauſſa quadruplum habet, & quid in ea contineatur. 28.2
Actio quod metus cauſſa poſt annũ, an detur. ibi.
Actio in factum de calumnia quadruplum habet, & quomodo. ibid.3.4
Actiones quæ in calumniatores dantur. ibid.3.4
Actiones damni iniuriæ, & legis Aquiliæ, & depoſiti interdum euentu dupli cõdemnationem habent, & non tranſeunt ad hæredes. ibid.6
Actio quæ de iis competit quæ relicta ſunt venerabilibus locis in ſimplum, & interdum in duplum per inficiationem. ibid.8.9
Actio quod metus cauſſa quadruplum interdum non habet, ſi reus pareat. ibid 9.10
Actio in triplum. 26.10.& ſeq.
Actiones in duplum. ibid.4
in Actione ſerui corrupti quid veniat. ibid.6.7
Actio ſerui corrupti reip. vtiliſsima. ibid.7
Actio de libertis corruptis. ibid.8.9
Actio omnis in ſimplũ, duplum, triplum aut quadruplum. 25.9
Actio in ſimplum. ibid.5.4
Actio ad exhibendum perſonalis. ibid.8
Actiones in factum loco interdictorum propoſitæ ſunt. 73.8

Actiones miſtæ tam in rem quàm in perſonã. 23.1
Actio familiæ erciſcundæ vnde dicta. ibid.5
Actio familiæ erciſcundæ cur miſta. ibid.6.7
Actio familiæ erciſcundæ cui competat. ibid.7.8
Actio familiæ erciſcundæ vniuerſalis eſt. ibi.8.9
Actio familiæ erciſcundæ differt ab ea actione qua pars tantum hæreditatis petitur. ibid.10
Actio famil. erciſcundæ amplius quàm ſemel interdum agi poteſt. 24.1
In fam. erciſcũdæ iudicium an veniat id quod pater filio ſtudiorum cauſſa ſubminiſtrauit. ibid.3
Actio fam. erciſcundæ quandiu durat. ibid.3.4
Actio communi diuidundo, cui cõpetit. ibid.6.7
Actio communi diuidundo, & actio pro ſocio, quomodo concurrunt. ibid.8.9
Actio communi diuidundo quid differt ab actione pro ſocio. ibid.9
Actio finium regundorum cur miſta. ibid.
in Actione finium regundorũ habetur ratio eius quod intereſt. ibid.10
Actiones quædam bonæfidei, & quædam ſtricti iuris vnde dictæ. 29.2.3.4
in Actionibus bonæfidei eadem actio, quæ ex cõtractu inito deſcendit dolum qui interuenit purgat quod non ita in actionibus ſtricti iuris. ibid 5.6.7.8
in Actionibus bonæfidei in litem iuratur non in actionibus ſtricti iuris. ibid.8
in Actionibus bonæfidei vſuræ, fructus, & acceſſiones ex mora debẽtur, in actionibus vero ſtricti iuris poſt cœptum iudicium. ibid.
in Actionibus bonęfidei res non videtur reddita, quæ deterior redditur. ibid.9
Actio ex teſtamento bonæfidei non eſt. 30.1
Actio ex empto & vendito bonæfidei eſt. ibid.2
Actio ex empto ad quid proponatur. ibid.
Actione ex vendito ad quid agatur. ibid.3.4
Actio ex empto & vendito ad multa variæ proponuntur. ibid.5.6.7.8
Actio ex locato & cõducto bonæfidei eſt. ibid.8
Actione ex locato ad quid agatur. ibid.8.9
Actio ex conducto ad quid competat. ibid.10
Actio negociorum geſtorum bonæfidei. 31.1
Actio negociorum geſtorum directa. ibid.
Actio negociorum geſtorum contraria. ibid.1.2
Actiones mandati depoſiti pro ſocio, & commodati bonæfidei ſunt. ibid.2
Actio tutelæ bonæfidei. ibid.
Actio tutelæ directa. ibid.2.3
Actio tutelæ contraria. ibid.3
Actio pro tutore bonæfidei. ibid.4
Actio pigneratitia bonæfidei. ibid.4
Actio pigneratitia directa. 31.4.5
Actio pigneratitia contraria. ibid.6.
Actio hipothecaria non eſt bonæfidei. ibid.
Actiones familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo ſemper directæ ſunt. ibid.7
Actio finium regundorum bonæfidei eſt. ibid.
Actio præſcriptis verbis bonæfidei eſt, quæ de æſtimato, & permutatione competit. ibid.8
Actio de termino moto. 25.3
Actio finium regundorum miſto. 24.10
Actio finiũ regundorũ in quibus locum habet, & quomodo, & inter quos. 25.1.2
Actio rei vxoriæ vnde dicta. 33.3.4
Actio ex ſtipulatu ꝑ dote hodie cõpetit. ibid.4.5
Actio ex ſtipulatu pro dote bonæfidei. ibid.5
Actio ex ſtipulatu pro dote competit ſiue ſtipulatio interuenerit, ſiue non. ibid.6.7
Actio ex ſtipulatu pro dote interdum ſtricti iuris eſt. ibid.8
Actio ex ſtipulatu pro dote tacitam habet hipothecam. ibid.8.9
Actionnm bonæfidei vis. 34.8.9
in omnibus Actionibus eadem vis compenſationi locus eſt. 35.8
Actiones ordinariæ quid ab extraordinariis quæ ex interdictis naſcuntur, differant. 63.3
Actionis natura ſi emendatione libelli non inuertatur nouo iudicio non eſt opus. 44.6.7.8
Actio reciſſoria. 7.9
Actio in factum in libertum qui patronum in ius ſine venia vocat. 17.4
Actio ad plus quàm debeatur proponi nõ debet. 40.1
Actiones furti nec manifeſti, & ſerui corrupti, dupli condemnationem habent natura ipſa, & in hæredem tranſeunt. 28.6
Actio duplex in virum competit, qui diuortio facto vxoris negocia geſſit. 46.9
Actio in factum. 52.10
Actiones pœnales facilius tolluntur. 54.3
Actio depoſiti directa & contraria. 31.2
in Actione arbitraria quæ vtilitatis ratio. 41.10
Adiudicationibus controuerſiam dirimere iudici quando permittitur. 25.6
Aedictum in eos qui patronum aut parentem in ius vocant ſine venia. 17.6
Aedictum de albo corrupto. 16.9
Aeſtimatio facit periculũ eius qui ſuſcepit. 31.8.9
Agenti actione quaſi ſeruiana an dominii probatione opus ſit. 11.6
Agens in rem ſpeciatim & apertè deſignare debet id quod petit. '2.10

Agens

Agens ſine actione propter ius poſtea quæſitũ admittitur. 44.9
Agere interdum alio loco quàm conuento permittitur. 41.2.3
Agere alio loco quàm conuento ſine cõmemoratione loci interdum licet. ibid.4.5
Alienata in fraudem fiſci reuocantur. 10.3
Alienatio bonorum ei qui deliquit, an ſit prohibita, & quomodo. ibid 4
Alienatio ante delictum commiſſum in fraudem fiſci facta interdum reuocatur. ibid.4.5
Alienatio & adminiſtratio bonorum in reatu conſtitutis an concedatur. ibid.5
Alienatio in fraudem creditorum facta reuocatur. 9.1.2.3
Alienatio quando intelligatur in fraudem eſſe facta. ibid.3.4
Album quid ſit. 16.8
Alternatio in obligationib⁹ variis modis cõtingit. 42.5
Antiquitatis cognitio. 63.2
In arbitrariis iudiciis quãti cõdemnatur reus. 38.2.1
Armorum vſus interdictus. 72.10
Armorum appellatione quid veniat. ibid.
Argumentum de legatis ad contractus bonum eſt. 42.4.

B

Beneficii condemnationis viro conceſſi in actione de dote in id quod facere poteſt, quæ ratio iudici habenda eſt. 46.5
Beneficium idem, an ad hæredes tranſeat. ibid.8
Beneficiũ idẽ ad quos contractus porrigatur. ibid.
Beneficium idem quomodo interpretandum in viro qui per reſtitutionem dotis admodum puſille mendicus fit, mulier verò ſine dote eget. ibid.10
Beneficium condemnationis in id quod facere poteſt qui habeant, & quomodo. 47.8
Beneficium condemnationis in id quod facere poteſt qui habeant, & quomodo. ibid.8.9.10
Beneficium condemnationis in id quod facere poteſt, perſonale eſt. 48.6
Beneficium ceſſionis cur introductum, 49.1
Beneficio ceſſionis renunciari non poteſt. ibid.
Beneficio ceſſionis quando locus nõ ſit. ibid.3.4.5
Beneficium quinquennale. ibid.6.7
Bonorum adminiſtratio & alienatio, an ei qui delinquit conceſſa eſſe intelligatur. 10.3

C

Cauſſæ in quibus procurator dari non poteſt. 59.4
Calphurniæ inuerecundia. 58.9
Certa debet eſſe ſententia. 39.1
Certa quando dicatur ſententia. ibid.
Certi condictio ex ſtipulatu. 20.9
Ceſſio impedit ne ſolidum quod debetur conſequamur. 48.8
Ceſſionis beneficium cur introductum. 49.1
Ceſſionis beneficio renunciari non poteſt. ibid.
Ceſſione facta interdum creditores aduerſus debitorem agunt. ibid.
Qui cedere bonis vult prius debitum debet agnoſcere, & bona iudicare. ibid, 2.3
Ceſſionis beneficiũ quando impediatur. ibid.3.4.5
Qui bõis cedit ante rerũ vẽditionẽ nõ iis caret. ibi.6
In ceſſione ſufficit voluntatis profeſſio. ibid.
Clam poſſidere quis dicatur. 69.8
Claudii Cæſaris ſententia riſa. 39.10
Ciuilis ratio iura naturalia non corrumpit. 55.4
Colonii non poſſident neque inquilini. 70.4
Colonis & inquilinis ſubuenitur, vt detẽtionis ſuæ ius tueri poſſint. ibid.
Colono ĩterdũ cõpetit ĩterdictũ vti poſſidetis. 70.5
Colonus quis eſt. 10.10
Compenſatio impedit ne ſolidum quod petitur cõſequamur. 48.7
Compenſatio quid eſt. 35.1
Compenſare non cogimur quod alii quàm debitori debemus. ibid.1.2
In compenſando bonæfidei iudiciorum vis & natura. 34.9.10
Cõpenſatio hodie quomodo locum habeat. 35.3.4
Compenſationes cur neceſſariæ. ibid.4
Compenſatio tam in ſorte quàm in vſuris habet locum. ibid.6.7
Compenſatio in pœnis locum habet. ibid.
Compenſatio in delictis locum habet. ibid.8
Compenſatio peti debet. ibid.
Compenſationes interdum à iudicibus de incerto ſiunt. 36.5
Compenſatio contra fiſcum admittitur. ibid.6
Compenſatio cõtra quamcunque perſonam admittitur. ibid.
Compenſatio cui denegetur. ibid.6.7
Compenſatio non ſit in depoſito. ibid.7
Compenſatio in corporibus & ſpeciebus quæ extra pecuniam numeratam ſunt, locũ non habet. 35.9
Compenſatio corporis cum pecunia non admittitur. ibid.10
Compenſatio generis non admittitur. 36.1.2
Compenſatio in quibus locum habeat. ibid.2.3
Cõpẽſatio pecuniæ ea eſt qua magis vtimur. ibid.3
Compenſari poteſt materia auri vel argenti cũ pe-

ounia. 36.4
Compenſatio pecuniæ interdum ceſſat. ibid.
Cōdicere rem noſtrā à fure poſſumus. 19.10.& ſeq.
Cōdictio furti p.* habet, quām rei vēdicatio. 20.1.2
Cōdictiones appellātur actioes in perſonā. ibi.3.4
Condicere quid ſit. ibid.4
Condictio mutui. ibid 9
Condictio ſyngrapbe ei competit cui non eſt numerata pecunia. 53.10
Condemnatio in litis æſtimationem, quomodo à iudice fieri debeat. 37.6.7
Condictione triticaria poſſeſſio condicitur. 63.9
Cōdictio ex lege aduerſus executores litium in quadruplum. 28.5
Condictio ex lege quando naſcatur. 27.2
Conſtituitur pro ſe. 13.1
Conſtitutum nouam actionem adiicit. ibid.2
Conſtituitur pro alio. ibid.
Conſtitutæ pecuniæ reus non niſi debitore antea excuſſo conuenitur. ibid.3
Conſtituere quis poteſt alium pro ſe ſoluturū. ibid.
Conſtituitur per hæc verba ſatisfiet tibi, & à me, & ab illo, aut à me, vel ab illo, vel etiam imperſonaliter ſic ſatisfiet. ibid.3.4.
Conſtituere ſe ſoluturum, & conſtituere ſe ſatisfacturum non eadem ſunt. ibid.4
Conſtitutum vt ſubſiſtat debitum antea eſſe oportet. ibid.4.5.6.7
Conſtitutum cur obligationi ciuili tantum non accedit fideiuſſor vero contra. ibid.6
Cōſtitutū ſequitur naturā cōditionis debiti. ibid 7
Conſtitui poteſt aliud quām quod debetur. ibid.8
Conſtitutum requirit in conſtituente animum conſtituendi. ibid.
Conſtitutum nudo pacto fit. ibid.9
Conſtitutio qua ii qui ſemel actionem mouerunt neceſſe habent eam vſque ad finem proſequi in quos propoſita eſt. 45.4
Conſtitutio iuris interdum infringitur. 59.1
Conſtitutio qua prohibetur iudici, aut procuratori aduerſarii quid dari. 28.4
Conuentiones ſtatim ſubſequutæ bonæfidei iudiciis ineſſe videntur. 32.2.3
Corpora inſepulta, non debent iacere. 64.7
Creditorū pars maior, quomodo æſtimanda. 49.6
Creditores qui intelligendi ſunt. 9.8

D

Dare, eſt dominium transferre. 19.9
Debitorem fugitiuum ante diē capere licet. 44.2
Debitorem ſine actione interdū perſequi licet. 1.5
Debitorum corpora olim quæ ſoluendo non erant nectebantur. 48.8
Debitorum corpora hodie creditoribus ob æs alienum minimè ſeruiunt. ibid.9
Decreta prætorum per manum militarem interdū exequenda. 64.5.6
Defenſioni potius quām actioni iura fauent. 52.8
Deiici de poſſeſſione quis intelligatur. 72.3
Delictum commiſſum an alienationem bonorum ei qui deliquit impediat, & quomodo. 10.3.4.5
Denunciatio aduerſario antequam experiamur, an fieri debeat. 20.4.5
Deteriorem ſeruum quis feciſſe intelligitur. 26.6
Diffiuitio diuiſione multum adiuuatur. 1.9
Dolus emptoris an noceat. 52.5
Dominium ex vna tantum cauſſa contingit. 19.9
Donatio quæ eſſe debet, vt beneficium quis condēnationis in id quod facere poteſt babeat. 48.2.3
Donatio ob cauſſam interdū beneficium habet condemnationis in id quod facere poteſt. ibid.3.4
Donationem ſufficit primam fuiſſe agēdi cauſſam, vt beneficio condemnationis in id quod facere poteſt locus ſit. ibid.5
Donata res ſi apud donantem extat minime ratio habetur condemnationis in id quod facere donans poteſt. ibid.6
is qui Donauit beneficium condemnationis in id quod facere poteſt habet. ibid.2
is qui Donauit ſolus deducto ære alieno beneficiū babet cōdēnationis in id quod facere poteſt. ibid.
Donatio cauſſa mortis ſemper capitis pœna ſequuta reuocatur. 10.6
Donatio propter nuptias in tacitis hipothecis non præfertur. 34.1.2
Dos babet ſtipulationem tacitam. 33.6.7
Dos meru promiſſa non debetur. 52.1
Dos æſtimata data cum omni periculo datur. 47.5
Dotales res vir ſuo ſumptu tuere debet. ibid.4
Dotis exactio quando fiat. 34.6
Dotis cauſſa in hipothecis tacitis prior eſt. 33.9
Duplicatione replicatio eliditur. 61.2.3

E

Edictum aduerſus eos qui vi deiiciunt. 72.4
Edictum de albo corrupto. 16.9
Electio petitionis interdum actori permiſſa, licet al ternatio in promiſſione fuerit. 42.1.2.3
Emancipatio facultatem contra emancipatem experiundi concedit. 17.6
Exceptio rei iudicatæ, vt locum habeat, requirit idem corpus peti. 55.5.6

Exceptio

Exceptio rei iudicatæ, vt locũ habeat, requirit eandem rem peti. 55.7
Exceptio rei iudicatæ, vt locum habeant, requirit eandem perſonam eſſe quæ petat. 56.3.4
Exceptio fori initio opponi debet. ibid.7
Exceptio Macedoniani ad quid introducta. ibid.8
Exceptio Macedoniani dignitate filiifamilias, an impediatur. ibid.
Exceptio Macedoniani quãdo nõ admittatur. 56.8.9
Exceptio Macedoniani poſt condemnationem opponi non vetatur. ibid.9
Exceptio Velleiani ad quid introducta. ibid.
Exceptio Velleiani quando impediatur. ibid.10
Exceptio diuiſionis quibus competit. 57.2
Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ quæ dicantur. ibid.5
Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ interdum poſt ſententiam opponuntur. ibid.6
Exceptio ne quis cõueniatur vltra quàm facere poteſt dilatoria eſt. ibid.7
Exceptio diſcuſſionis dilatoria eſt. ibid.8
Exceptio falſi procuratoris poſt ſẽtẽtiã durat. ibi.
Exceptiones peremptoriæ quando poſt ſententiam opponi poſſint. ibid.
Exceptiones temporales & dilatoriæ quæ dicãtur. ibid.9.10
Exceptiones dilatoriȩ quãdo opponẽdæ ſint. ibi.10
Exceptiones dilatoriæ quæ ex perſona procuratoris competunt. 78.6.7
Exceptio procuratoria duplex eſt. 59.2.3.4
Exceptio qua procuratorem aliquem eſſe non poſſe dicimus. ibid.2
Exceptio qua procuratorem dari nõ poſſe dicimus. ibid.3
Exceptio quæ ex perſona actoris naſcitur. ibid.6
Exceptio ex perſona iudicis duplex. ibid.7.8
Exceptiones dilatoriæ tranſlatitiæ, quibus actionẽ recuſamus. 60.2.3
Exceptiones dilatoriȩ prius obiiciendæ ſunt poſtea peremptoriæ. ibid.6.7
Exceptionis dilatoriæ & peremptoriæ cumulatio quomodo fieri debeat. ibid.7
Exceptiones debitori competentes, an à fideiuſſore opponi poſſunt. 61.5 6
Exceptiones debitori competentes, cur fideiuſſori accommodentur. ibid.8
Exceptiones rei cohærentes fideiuſſoribus proſunt ibid.9
Exceptiones quæ non æquè fideiuſſori ac debitori competunt. ibid.10
Exceptio dominii, vtrum aduerſus agentẽ actioni quaſi ſeruiana obſtet. 11.6
Exceptiones quæ iuriſiurand. non oppugnant religionẽ aduerſus iuſiurandũ non prohibentur. 1.2.3
Exceptiones neceſſariæ. 5.2
Exceptiones ad quid comparatæ. ibid.3
Exceptionis nomen generale eſt. ibid.
Exceptio dotis cautæ non numeratæ. 34.3.4
Exceptio propriæ quid ſit. 51.6
Exceptio quod metus cauſſa. ibid.7.8
Exceptio quod metus cauſſa in rem eſt. ibid.9
Exceptio metus ei datur cui & actio. 52.2
Exceptio doli mali. ibid.3
Exceptio doli ab exceptione quod metus cauſſa differt. ibid.4
Exceptione doli mali, an authoris dolus obiiciatur ibid.5
Exceptionis doli, duæ præcipuæ ſpecies. ibid.6
Exceptio doli, an infamet. ibid.6.7
Exceptio doli cum alia concurrit. ibid.8
Exceptioni plus quàm actioni iura fauent. ibid.
Exceptio doli tempore non præſcribitur. ibid.
Exceptio non numeratæ pecuniæ. 53.2.3
Exceptio pecuniæ non numeratæ quibus propoſita eſt. ibid.3.4
Exceptio pecuniæ nõ numeratæ in quẽ datur. ibi.4
Exceptionis pecuniæ non numeratæ introducendȩ cauſſa. ibid.3.
Exceptionis non numeratæ pecuniæ vis. ibid.7
Excipiens de non numerata pecunia probationis onus ſi velit in ſe ſuſcipiet. ibid.7
Exceptio non numeratæ pecuniæ creditori vt debitori competit. ibid.7.8
Exceptio non numeratæ pecuniæ fiſco creditori nõ competit. ibid.8
Exceptio pecuniæ non numeratæ, in quibus cauſſis locum habeat. 53 9
Exceptio pecuniæ nõ numeratæ biẽnio durat. ibid.
Biennio exceptionis non numeratæ pecuniæ finito probationis onus in actorem reiicitur. ibid.
Exceptionis non numeratæ pecuniæ perpetuæ reddendæ ratio. ibid.10
Exceptio pacti conuenti. 54.1.2.3
Exceptio iuriſiurandi. ibid.6.7
Exceptione iuriſiurandi aduerſus quam actionem defendimur. ibid.10
Exceptio iuriſiurandi cui datur. ibid.
Exceptio rei iudicatæ. 55.3.4
Exceptio rei iudicatæ quæ requirit vt locum non habeat. ibid.5
Exemplis an ſit iudicandum. 51.5
Exhibitio quo loco fieri debeat. 37.10
Exhibere quid ſit. 65.8
Extraneus quis intelligatur. 33.8

F

Familiæ tuberonis magna concordia vixerit. 25.5
Fœminæ ne poſtularent origo. 58.9
Fideiuſſoris conuentio an reo proſit. 61.7
Fideiuſſor cur cuicunque obligationi etiam ciuili tantum accedit conſtitutum vero non ita. 13.6.
Filius à patre conuentus beneficium cōdemnationis in id quod facere poteſt habet. 47.9
Filiusfamilias ſui iuris effectus non niſi inquantum facere pōt tenetur ex contractu antea inito. 14.9
Filium quomodo quis ſe probare debeat. 19.6
Finales quæſtiones quomodo dirimendæ. 25.3
Fiſcus habentibus expreſſam hipothecam nō præfertur. 34.2
In cauſſa fiſci petere ante diem licet. 43.10
Fiſcus reuocat alienata in fraudē,& quō. 10.3.4.5
Formicæ ſeſe inuicem ſepeliunt. 64.7
Francici mores accuſandi non ſunt, vt natura controuerſi. 27.6.7
Frater à fratre conuentus beneficium habet condēnationis in id quod facere poteſt. 47.9
Fraus & vis ab homine alieniſſima. 52.3
Fraudis conſilium ex quo deprehenditur. 9.7
Fructus qui in prædiis naſcuntur,& collecti extant tacitè pro penſione obligantur. 11.2
à Fure rem noſtrā cōdicere poſſumus. 19.10.& ſeq.
Fur pluribus actionibus tenetur. 20.1
Furti cōdictio plꝰ habet quàm rei vēdicatio. 20.1.2
Furtum manifeſtum cur plus punitur quàm non manifeſtum. 22.5
Fures pœna ſolum pecuniaria iure ciuili puniebantur, iure codicis caſtigabantur, ſine membri abſciſſione, moribus noſtris quomodo coercentur. 22.6. cum ſcolio.

H

Hæreditatis petitio bonæfidei eſt. 32.6
Hæreditatis petitio poſſeſſoria & fideicommiſſoria bonæfidei eſt. 32.7.8
Hæreditatis petitio cui competit. ibid.8
Hæreditatis petitio in rem eſt. 25.7
in Hæreditatis petitione quid veniat. 33.1.2
Hæreditatis petitio quando ceſſet. ibid.2.3
Hæredibus pręſentaneum remediū conceſſum quo poſſeſſione rerū defuncti capere poſſint. 66.10
Hæreditate per partes diuiſa longo tempore ſic poſſeſſa, diuiſionem eſſe factam præſumitur. 24.5.
Hipotheca tacita non habet locum in inuectis & illatis in prædia ruſtica, ſecus vrbana, & cur ita. 10.10
Hipotheca & pignus in quo differunt. 11.9.10.

I

Ignorantia alieni facti excuſatur. 40.6
Ignorantia alieni facti interdū non excuſatur. ibid.
Ignorantia facti proprii non excuſatur. ibid.7
Immiſſum quid ſit. 4.4
Imperitia vel ruſticitas eum qui patronum aut parentē ſiue venia in ius vocat non excuſat. 17.9.8
Impenſe in res dotales factæ ius habēt retentionis. 47.1
Impenſe in res dotales factæ dotem quomodo minuant. ibid.1 2
Impenſe in res dotales factę neceſſarię eſſe debent, vt ius retentionis habeant. ibid.2
Impenſe in res dotales factæ neceſſariæ, quæ dicantur. ibid.2.3
Impenſe in vxorem ægram factæ retentionem non habent. idid.4
Impenſe in tuitione rerum dotalium factæ, an retentionis ius habeant. ibid.
Impenſe vtiles retentionem non habent. ibid.5
Impenſæ vtiles quæ dicantur. ibid.
Impēſe voluptuariæ nullā exactionē patiūtur. ibid.
Impenſe voluptuariæ quæ ſint. ibid.6.7
Improbi cur plures habeant qui ſecū ſentiant quàm probi. 26.7.8
In bonis noſtris quid eſſe dicatur. 11.7
Incertitudo ī iudiciis quādoque admittitur. 39.2.3
Infames olim procuratores eſſe non poterant. 60.1
Infamia poſtulantibus hodie obſtat. ibid.
Infamis hodie procurator eſſe nō vetatur. ibid.1.2
Inficiatio actionem legis Aquiliæ pœnalem an ſemper faciat 22.8
In fraudē fiſci alienata quomodo reuocentur. 10.5
Inquilinus quis eſt. ibid.10
In rem præſentem quando eundum. 3.3.4
In iudicio contrahitur. 15.1
Iniuria fit duobus modis. 52.3
Interdicta quæ proprietatis cauſſam habent. 63.7
Interdicta prohibitoria. ibid.3
Interdicto de mortuo īnferēdo quis vtitur. ibid.7.8
Interdictum ne quid in loco ſacro fiat. ibid.8
Interdictum ne quid in loco publico fiat. ibid.10
Interdictum de loco publico iuxta locationis legem fruendo. 65.1
Interdictum ne quid in flumine publico. ibid.2
Interdictum de operis noui nunciatione. ibid.5
Interdicta reſtitutoria. ibid.6
Interdictum quorum bonorum. ibid.
Interdictum quorum legatorum. ibid.7
Interdictum vnde vi. ibid.
Interdictum quod vi aut clam. ibid.8

Interdicta

Interdicta exhibitoria. 65.8
Interdictum de libero homine exhibendo. ibid.9
Interdictum de libero homine exhibendo, ad quid conſtitutum eſt. 66.2
Interdictum de liberis exhibendis & deducendis. ibidem,3
Interdictum de liberis exhibendis quando locum habeat. ibidem,5
Interdictum Saluianum. 10.9
Interdicta actionis verbo continentur. 1.4
Interdicta vnde dicantur. 66:6.7
Interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis. 66.8
Interdictum quorum bonorum. ibid.9
Interdicti quorum bonorum vis & poteſtas. 67.1
Interdictum quorum bonorum vniuerſale. ibid.
Interdictum quorum bonorum in quo à petitione hæreditatis differat. ibid.2
Interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis vnde ſit adpellatum. ibid.5
Interdictum quorum legatorum. ibidem.
Interdictum Saluianum. ibid.6.7
Interdicti Saluiani vtilitas. ibid.8
Interdicta retinendæ. ibid.9
Interdictum vti poſsidetis. ibid.
Interdictum vtrobi. ibid.10
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi proponendorum cauſſa. ibid.
Interdicta vti poſs. & vtrobi in quam cauſſam proponantur. 68.1.2
Interdicta quid ab actionibus differant. 63.3
Interdictorum cauſſa vtilis. ibidem.
Interdicta olim quomodo cœipiebantur. ibid.5.6
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi differentia. 68.9
Interdictum vti poſſidetis, pro quibus rebus ſcriptum eſt. ibidem.
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi olim differentia. 69.2.3
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi ius quantũ ad Poſſeſsionem attinet, hodie exequatum eſt. ibidem,6
Interdicti vti poſsidetis proponendi ratio. 70.1
In interdictis vti poſsideris, & vtrobi condemnationis ſumma ad quid referatur. ibidem.2
In interdictis vti poſs. & vtrobi fructuum cõdemnatio ex quo tempore ſit. ibid.3
Interdictum vti poſsidetis interdum colono competit. ibid.5
Interdictum recuperandæ poſſeſsionis. 71.8
Interdictum recuperandæ, pro quibus rebus competat. 71.8.9.10
Interdictum recuperandæ aduerſus quos propoſitum eſt. 72.1
Interdictum recuperandæ ad quam vim pertineat. ibidem.5
Inter interdictum vnde vi, & interdictum quod vi aut clam differentia. ibid.
Interdictum vnde vi pro quacunque vi armata aut inermi locum habet. 73.1
Interdictorum alia ſunt ſimplicia, alia duplicia. ibidem.3
Interdicta cur quædam ſimplicia, & quædam duplicia appellantur. ibid.4
Interdictorum formulæ ſublatæ. ibid.7
Interdictorum loco actiones in factum propoſitæ ſunt. ibid.8
Inuecta & illata in prædium ruſticum requirunt expreſſam conuentionem, vt obligata ſint pro penſione, non ſi in prædium vrbanum inuecta ſunt, & cur ita. 10.10.& ſeq.
Inuecta & illata quæ intelligantur. 11.2.3
Iudiciorum realium vetus formula ſublata. 3.2.3.4
Ius altius tollendi interdum ſolo iure ſeruitutis nititur. 3.8.9
Iudiciorum familiæ erciſcundæ communi diuidundo, & finium regũdorum iuſta & grauis cauſſa. 25.4
Iudicia in quibus certa eſſe non poteſt ſententia. 39.2.3
Iudicia procedere non poſſunt, niſi appareat quis ſit actor & quis reus. 68.2.3
Iudicia quædam ſtricta, & quædam laxiora. 29.1.2
Iudicibus pedaneis certum ſalarium eſt præfinitũ. 27.3
Iudices vetantur ex adminiſtratione ſua quæſtum facere. ibid.4.5
Iudicum pars magna Frãciæ in ſportulis vitam collocatam habet. ibid.5
Iudicium Seruianum petitorium eſt. 10 8
veniſſe in Iudicium quis intelligatur. 44.6
Iudicio nouo quando opus ſit. ibidem.
Iudicis officium, eſt lites dirimere. ibid.8
Iudici quum factus eſt iudex, quarum rerum incũbit officium. ibid.10
Iudicio cœpto quæ eueniunt, an eodem iudicio poſſunt expediri. 45.1.2
Iudex in condemnatione in id quod facere poteſt, quid ſequi debet, & quæ illi ratio habenda eſt. 46.5
Ius nemo ſibi debet dicere. 72.9
Ius ſibiipſi dicere non licet. 11.6
Iuſiurandum maximũ remedium litium expediendarum. 15.3
Iuſiurandi effectus abrogati hodie. 15.4. In ſcolio.

F

Familiæ tuberonis magna concordia vixerit. 25.5
Fœminæ ne poſtularent origo. 58.9
Fideiuſſoris conuentio an reo proſit. 61.7
Fideiuſſor cur cuicunque obligationi etiam ciuili tantum accedit conſtitutum vero non ita. 13.6.
Filius à patre conuentus beneficium cōdemnationis in id quod facere poteſt habet. 47.9
Filiusfamilias ſui iuris effectus non niſi inquantum facere pôt tenetur ex contractu antea inito. 14.9
Filium quomodo quis ſe probare debeat. 19.6
Finales quæſtiones quomodo dirimendæ. 25.3
Fiſcus habentibus expreſſam hipothecam nō præfertur. 34.2
In cauſſa fiſci petere ante diem licet. 43.10
Fiſcus reuocat alienata in fraudē,& qūo. 10.3.4.5
Formicæ ſeſe inuicem ſepeliunt. 64.7
Francici mores accuſandi non ſunt, vt natura controuerſi. 27.6.7
Frater à fratre conuentus beneficium habet condēnationis in id quod facere poteſt. 47.9
Frsus & vis ab homine alieniſſima. 58.3
Fraudis conſilium ex quo deprehenditur. 9.7
Fructus qui in prædiis naſcuntur,& collecti extant tacitè pro penſione obligantur. 11.2
à Fure rem noſtrā cōdicere poſſumus. 19.10.& ſeq.
Fur pluribus actionibus tenetur. 20.1
Furti cōdictio pl° habet quàm rei vēdicatio. 20.1.2
Furtum manifeſtum cur plus punitur quàm non manifeſtum. 22.5
Fures pœna ſolum pecuniaria iure ciuili puniebantur, iure codicis caſtigabantur, ſine membri abſciſſione, moribus noſtris quomodo coercentur. 22.6. cum ſcolio.

H

Hæreditatis petitio bonæfidei eſt. 32.6
Hæreditatis petitio poſſeſſoria & fideicommiſſoria bonæfidei eſt. 32.7.8
Hæreditatis petitio cui competit. ibid.8
Hæreditatis petitio in rem eſt. 25.7
in Hæreditatis petitione quid veniat. 33.1.2
Hæreditatis petitio quando ceſſet. ibid.2.3
Hæredibus pręſentaneum remediū conceſſum quo poſſeſſione rerū defuncti capere poſſint. 66.10
Hæreditate per partes diuiſa longo tempore ſic poſſeſſa, diuiſionem eſſe factam præſumitur. 24.5.
Hipotheca tacita non habet locum in inuectis & illatis in prædia ruſtica, ſecus vrbana, & cur ita. 10.10
Hipotheca & pignus in quo differunt. 11.9.10.

I

Ignorantia alieni facti excuſatur. 40.6
Ignorantia alieni facti interdū non excuſatur. ibid.
Ignorantia facti proprii non excuſatur. ibid.7
Immiſſum quid ſit. 4.4
Imperitia vel ruſticitas eum qui patronum aut parentē ſiue venia in ius vocat non excuſat. 17.9.8
Impenſe in res dotales factæ ius habēt retentionis. 47.1
Impenſe in res dotales factæ dotem quomodo minuant. ibid.1 2
Impenſe in res dotales factę neceſſarię eſſe debent, vt ius retentionis habeant. ibid.2
Impenſe in res dotales factæ neceſſariæ, quæ dicantur. ibid.2.3
Impenſe in vxorem ægram factæ retentionem non habent. idid.4
Impenſe in tuitione rerum dotalium factæ, an retentionis ius habeant. ibid.
Impenſe vtiles retentionem non habent. ibid.5
Impenſæ vtiles quæ dicantur. ibid.
Impēſe voluptuariæ nullā exactionē patiūtur. ibid.
Impenſe voluptuariæ quæ ſint. ibid.6.7
Improbi cur plures habeant qui ſecū ſentiant quàm probi. 26.7.8
In bonis noſtris quid eſſe dicatur. 11.7
Incertitudo ī iudiciis quādoque admittitur. 39.2.3
Infames olim procuratores eſſe non poterant. 60.1
Infamia poſtulantibus hodie obſtat. ibid.
Infamis hodie procurator eſſe nō vetatur. ibid.1.2
Inficiatio actionem legis Aquiliæ pœnalem an ſemper faciat 22.8
In fraudē fiſci alienata quomodo reuocentur. 10.3
Inquilinus quis eſt. ibid.10
In rem præſentem quando eundum. 3.3.4
In iudicio contrahitur. 15.1
Iniuria fit duobus modis. 58.3
Interdicta quæ proprietatis cauſſam habent. 63.7
Interdicta prohibitoria. ibid.3
Interdicto de mortuo inferēdo quis vtitur. ibid.7.8
Interdictum ne quid in loco ſacro fiat. ibid.8
Interdictum ne quid in loco publico fiat. ibid.10
Interdictum de loco publico iuxta locationis legem fruendo. 65.1
Interdictum ne quid in flumine publico. ibid.2
Interdictum de operis noui nunciatione. ibid.5
Interdicta reſtitutoria. ibid.6
Interdictum quorum bonorum. ibid.
Interdictum quorum legatorum. ibid.7
Interdictum vnde vi. ibid.
Interdictum quod vi aut clam. ibid.8

Interdicta

Interdicta exhibitoria. 65.8
Interdictum de libero homine exhibendo. ibid.9
Interdictum de libero homine exhibendo, ad quid conſtitutum eſt. 66.2
Interdictum de liberis exhibendis & deducendis. ibidem,3
Interdictum de liberis exhibendis quando locum habeat. ibidem.5
Interdictum Saluianum. 10.9
Interdicta actionis verbo continentur. 1.4
Interdicta vnde dicantur. 66:6.7
Interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis. 66.8
Interdictum quorum bonorum. ibid.9
Interdicti quorum bonorum vis & poteſtas. 67.1
Interdictum quorum bonorum vniuerſale.. ibid.
Interdictum quorum bonorum in quo à petitione hæreditatis differat. ibid.2
Interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis vnde ſit appellatum. ibid.5
Interdictum quorum legatorum. ibidem.
Interdictum Saluianum. ibid.6.7
Interdicti Saluiani vtilitas. ibid.8
Interdicta retinendæ. ibid.9
Interdictum vti poſsidetis. ibid.
Interdictum vtrobi. ibid.10
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi proponendorum cauſſa. ibid.
Interdicta vti poſs.& vtrobi in quam cauſſam proponantur. 68.1.2
Interdicta quid ab actionibus differant. 63.3
Interdictorum cauſſa vtilis. ibidem.
Interdicta olim quomodo cõcipiebantur. ibid.5.6
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi differentia. 68.9
Interdictum vti poſſidetis, pro quibus rebus ſcriptum eſt. ibidem.
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi olim differentia. 69.2.3
Interdictorum vti poſsidetis, & vtrobi ius quantũ ad Poſſeſsionem attinet, hodie exequatum eſt. ibidem, 6
Interdicti vti poſsidetis proponendi ratio. 70.1
In interdictis vti poſsidetis, & vtrobi condemnationis ſumma ad quid referatur. ibidem.2
In interdictis vti poſs. & vtrobi fructuum cõdemnatio ex quo tempore fit. ibid.3
Interdictum vti poſsidetis interdum colono competit. ibid.5
Interdictum recuperandæ poſſeſsionis. 71.8
Interdictum recuperandæ, pro quibus rebus competat. 71.8.9.10
Interdictum recuperandæ aduerſus quos propoſitum eſt. 72.1
Interdictum recuperandæ ad quam vim pertineat. ibidem.5
Inter interdictum vnde vi, & interdictum quod vi aut clam differentia. ibid.
Interdictum vnde vi pro quacunque vi armata aut inermi locum habet. 73.1
Interdictorum alia ſunt ſimplicia, alia duplicia. ibidem.3
Interdicta cur quædam ſimplicia,& quædam duplicia appellantur. ibid.4
Interdictorum formulæ ſublatæ. ibid.7
Interdictorum loco actiones in factum propoſitæ ſunt. ibid.8
Inuecta & illata in prædium ruſticum requirunt expreſſam conuentionem, vt obligata ſint pro penſione, non ſi in prædium vrbanum inuecta ſunt,& cur ita. 10.10.& ſeq.
Inuecta & illata quæ intelligantur. 11.2.3
Iudiciorum realium vetus formula ſublata. 3.2.3.4
Ius altius tollendi interdum ſolo iure ſeruitutis nititur. 3.8.9
Iudiciorum familiæ erciſcundæ communi diuidundo,& finium regũdorum iuſta & grauis cauſſa. 25.4
Iudicia in quibus certa eſſe non poteſt ſententia. 39.2.3
Iudicia procedere non poſſunt, niſi appareat quis ſit actor & quis reus. 68.2.3
Iudicia quædam ſtricta, & quædam laxiora. 29.1.2
Iudicibus pedaneis certum ſalarium eſt præfinitũ. 27.3
Iudices vetantur ex adminiſtratione ſua quæſtum facere. ibid.4.5
Iudicum pars magna Frãciæ in ſportulis vitam collocatam habet. ibid.5
Iudicium Seruianum petitorium eſt. 10 8
veniſſe in Iudicium quis intelligatur. 44.6
Iudicio nouo quando opus ſit. ibidem.
Iudicis officium,eſt lites dirimere. ibid.8
Iudici quum factus eſt iudex, quarum rerum incũbit officium. ibid.10
Iudicio cœpto quæ eueniunt, an eodem iudicio poſ ſunt expediri. 45.1.2
Iudex in condemnatione in id quod facere poteſt, quid ſequi debet, & quæ illi ratio habenda eſt. 46.5
Ius nemo ſibi debet dicere. 72.9
Ius ſibiipſi dicere non licet. 11.6
Iuſiurandum maximũ remedium litium expediendarum. 15.3
Iuſiurandi effectus abrogati hodie. 15.4.in ſcolio.

Iuſiurandum deferri debet. 15.4
Iuſiurandum illicitum pro iureiurando non habetur. ibid.6
Iuſiurandum remiſſum pro præſtito habetur. 15.6.7
Iurare aut ſoluere oportet. ibid.7
Iuſiurandum actionem & exceptionem producit. ibid.7.8.9
Iuſiurandum in perſonalibus cum cauſſæ expreſſione fieri debet, non in realibus. ibid.9.10
Iuſiurandi cauſſa poſterior potior eſt. 16.1
Iuſiurandum quod à iudice defertur. ibid.4
Iuſiurandum in litem. ibid.5
Iuſiurandum de calumnia. ibid.6
Iuſiurandum conuentionale. ibid.7
Iuſiurandum à procuratore poteſt deferri. 54.6
Iuſiurandum defenſoris domino prodeſt. ibid.7
Iuſiurandum remiſſum vim habet præſtiti. ibid.
Iuſiurandum actionẽ omnino non extinguit. ibid.
poſt Iuſiurandum agere interdum permittitur. ibidem.8.9
Iuſiurandi affirmatiui & negatiui differentia. 55.3
Iuſiurandum à fideiuſſore exactum reo prodeſt. 61.7

L

Legatariis cur plures actiones conceſſæ ſunt. 46.1
Legatarius plures actiones ei permiſſas, an ſimul exercere poſſit. ibidem.
Legata ſupra dodrantem relicta per legem Falcidiã minuuntur. 40.5
Lex Flauia. 65.9
Lex Iulia de vi publica, & vi priuata. 72.10
Liberorum corruptio reip. pernicioſa. 26.9
Libellus incertus an admittatur. 39.1
Libellus obligationi conformis eſſe debet. 41.10
Libellus in parte falſus in totum negari poteſt. 44.2
Libelli emendatio quacunque parte iudicii admittitur & quomodo. 44.4.5
Libelli emendatio poſt litis cõteſtationem non eſt differenda ſi reus interceſſerit. 45.2
Libellum an poſſit corrigere qui aliud pro alio petiit. ibid.3
in Libello quo aliud pro alio petitur, cur error magis requiritur vt emendare eum liceat, quàm in eo quo minus petitum eſt. ibid.3.4
Libellus in quo aliud pro alio petitum eſt quando emendari prohibeatur. ibid.6
Libellus erroneus non correctus, non ſubſiſtit. ibid.6.7
Litis conteſtatione fit, vt inſtantia ante quadraginta annos non pereat. 60.1
Loca ad forum ſortiendum idonea. 4.3.5.4
Loci vtilitas in ſolutione minime detrahenda eſt ibid.6

M

Matrimonium vnde dictum eſt. 33.4
Maioribus labentibus prætor interdum ſuccurrit. 46.3.4
Maritus in id quod facere poteſt ratione dotis tantum condemnatur, & quæ ratio iudici in hac cõdemnatione habenda eſt. ibid.5.6
Maritus in contractibus omnibus citra dotem, etiã ſi ab vxore conueniatur beneficium condemnationis in id quod facere poteſt habet. ibid.7
Maritus qui poſt diuortium vxoris negotia geſſit duplici actione tenetur. ibid.9
Maritus res dotales reſtituere tenetur, ſi tẽpore repetitionis exiſtat vel id quod ex dotali pecunia comparatum eſt. ibidem.
Maritus de vxore exhibenda aduerſus vxoris patrẽ agere poteſt. 69.4
Mater in retinendo interdũ potior eſt patre. ibid.
Mendacio perditur poſſeſſio. 2.8
Mendacium amittendæ poſſeſſionis cauſſa eſt. 11.9
Metus quid ſit. 28.1
Metus magnum ſupplicium. ibid.
Metus in liberos. ibid.
Metus primo loco inter reſtitutionum cauſſas poſitus eſt. 51.8
Metus qualis eſſe debet, vt reſtitutionem mereatur. ibidem.9
Metus in nuptiis nullum facit quod agitur. 52.1
Metus in dotis promiſſione, nullã facit promiſſionem. ibid.
Metu tutor retentus, nõ valet quod agitur. ibid.2
Milites procuratores eſſe non poſſunt. 58.7.8
Minori labenti reſtitutionis cauſſa propoſita eſt. 40.2.3
Minæ ſole quãdo pro iuſto metu habeantur. 51.10
Mortis cauſſa donatio capitis pœna ſecuta ſemper reuocatur. 10.6
Mulieres pro dote in hipothecis tacitis præferuntur. 33.9.10
Mulier pro dote creditoribus habẽtibus expreſſam hipothecam non præfertur. 34.1
Mulier aduerſus virum interdum conſtante matrimonio agit. ibid.4
Mulieres procuratrices eſſe non poſſunt. folio.58. num.8.9
Mulieres ne poſtularent origo. ibid.9
Mulieres interdũ procuratrices eſſe poſſunt. 59.1.2.

Negantis

N

Negantis factum non probatur. fo.53.nu.7
Nobilitas præſenti poſſeſſione hodie non defenditur. 18.10.in ſcholio.
Nuptiæ metu contractæ nullæ ſunt. 52.1
Nuptiæ inuitæ triſtes habent exitus. ibid.
Numeratam non eſſe pecuniam probare, quomodo poſſibile ſit. 53.7

O

Obligationes actiones pariunt. fo.1.num.1
Officium iudicis quando implorandum. ibid.3.4
Obligatio generalis ea nõ complectitur,quæ veriſimiliter quiſque obligaturus non eſt. 11.1
in Obligationibus alternatiuis vnius rei ſolutio totam obligationem ſummouet. 42.4
in Obligationibus alternatiuis pactum de re altera non petenda totam obligationẽ ſummouet. ibid.
Obligatio alternatiua multis modis fit. ibid.5
in Obligatione alternariua die, dies longior venit. ibid.6.
ĩ Obligatiõe diſiũctiua perſona quis petat. ibi.6.7
in Obligatione diſiunctiua loco quo loco petendũ. 42.7.8.9
in Obligatione diſiunctiua re quæ res peti debeat 42.9.10.& ſeq.
in generalibus Obligationibus, & ſtipulationibus quid petendum ſit. 43.4
in Obligationibus generalibus, quomodo debeat fieri petitio. ibid.6
Obſequium quod patronis debetur. 17.2
Officium tutoris, 31.3
Opere officiales. 19.1
Opere fabriles ſeu artificiales. ibid.2

P

Pactum in rem debitori factũ tam fideiuſſori quàm debitori prodeſt. 61.9
Pactum ne omnino diuiſio fiat non valet. 23.4
Pacta incõtinenti adpoſita bonæ fidei iudiciis ineſſe videntur. 32.2.3
Pactum in obligatione diſiunctiua de re altera non petenda totam obligationem ſummouet. 42.4
Pactio nuda non actionem,ſed exceptionem parit. 54.3
Pactio nuda actionem interdum tollit. ibid.
Pactum ne à ſe petatur cui prodeſt. ibid.4
Pactum in rem quomodo à pacto perſonali dignoſcatur. ibid.4.5
Parens & patronus beneficium condemnationis in id quod facere poſſunt habent. 47.8
Parentes qui intelligantur. ibid.
Parẽtum & patronorum opinionem lædi nul'o modo oportet. 52.10
Parentes qui intelligantur. 17.9
Parentes & patroni interdum ſine venia in ius à filio aut liberto vocari poſſunt. ibid.9.10
Patroni qui dicantur. ibid.8
Patronus ſi à cliente conueniatur habet beneficium ne amplius quàm in id quod facere poteſt condemnetur. 47.10
Peculium quid ſit. 14.2
Peculium profectitium. ibid.3
Peculium aduentitium. ibid.
Peculium caſtrenſe & quaſi caſtrenſe. ibid.4
in Peculium quid imputetur. ibid.6
Peculium naſcitur,creſcit,& moritur. ibid.6,7
Peculium quid eſt. ibid.8
Peculiotenus domini condemnatur. ibid.
Periurium an puniatur. 16.2
Pœna edicta corrumpentium. ibid.9.10
Pœna plurium delinquentium quando ſingulos inſolidum reſpiciat. 17.1.2.3.4.
Pecuniæ appellatio. 12.9
in Pecunia ratio eius quod intereſt ex varietate rationum habenda eſt. 41.6
Pecuniæ aliis locis facilius & leuioribus vſuris inueniuntur. ibid.7
Pœna omnis in triplum aut quadruplum. 25.9
Pœna interdum quadruplo maior eſſe poteſt. 25. 10. & ſeq.
Pœna manumittentis ſeruum alienũ præſente principe. 26.1
Pœna magiſtratuum accipientium vltra definitum ſalarium. ibid.2.3
Pœna quæ ex conuentione eſt quadruplũ,excedere poteſt. ibid.3
Pœna horum qui terminos turbant. 25.3.4
Pœna olim plus petentium. 40.2
Pœna cautionem exigentis ſuper maiore ſumma quàm debeatur,& eandem ſummam petentis. ibid.3
Pœna quæ ex conuentione petitur, an cum re ipſa peti poſſit. 22.4
Pœna furum quæ ſit. 22.6.cum ſcolio.
Pœna eorum à quibus ob piam cauſſam relinquitur ſi id quod relictum eſt,dare diſtulerunt. 23.1.2.3
Pœna eorum qui id quod ab iis extra piam cauſſam relictum eſt,ſoluere negligunt. ibid.2
Pœna eorum qui olim ante tempus agebant. 58.2
Pœna eorum qui hodie ante tempus petunt. ibid.9
Pœna interdum ad hæredes tranſit. 28.6.7

Pœna rem etiam ſuam per vim occupantis aut alienam. 72.6
Perſequutionis verbum quid complectitur. 1.2
Petens minus quàm debeatur reliquum in eodem iudicio petere poteſt. 43.2.3.4
Petens aliud pro alio, an libellum ſuum poſſit corrigere. 45.3
Petens aliud pro alio, vt libellum ei emendare liceat, cur de errore potius docere debeat quàm is qui minus petiit quàm deberet. 45.3.4
Petere ante diem in cauſſa fiſci licet. 43.10
Petitio hæreditatis in rem eſt. 25.7
Petitio hæreditatis poſſeſſoria & fideicommiſſoria bonæfidei eſt. 32.7.8
Petitio hæreditatis cui competit. 32.8.9
in Petitione hæreditatis quid veniat. 33.1.2
Petitio hæreditatis quando ceſſet. ibid.2.3
Peti plus non debet. 40.1
Pignoris perſequutio in rem eſt. 11.5
Pignus & hipotheca in quo differunt. 11.9.10. & ſequen.
Plus petitur quatuor modis 40.7.8
Plus petitio circa quæ attenditur. ibid.8
Plus petitur tempore. ibid.8.9.10
Plus petitur loco.. ibid.1.2
Plus petitur cauſſa ſiue electione. 41.8.9
Plus petere re quid ſit. 42.1
Plus petentium pœna hodie, quæ eſt. 43.7
Plus petens tempore hodie quomodo puniatur. ibid.7.8
Plus petentis hodie re, loco, & cauſa pœna. ibid.9
Plus electione non petit actor interdum qui petendo eligit. 42.1.2
in Pollicitatione beneficio condemnationis in id quod facere poteſt locus non eſt. 49.7
Poſſidere pro hærede & pro poſſeſſore. 32.8.9
Interrogatus quis quomodo poſſideat, an id dicere cogatur. . ibid.10
Poſſidere pro hærede quid ſit. 67.2
Pro poſſeſſore poſsidere quid ſit. ibid.3
Pro poſſeſſore titulus, quibus titulis adhæreat. ibid.4
Poſſeſſorem aliquem eſſe oportet, vt petitoris actio inſtitui poſſit. 68.3
Poſſidere commodius eſt, quàm petere. ibid.
Poſſeſſionis commodum. ibid.4
in Poſſeſſoriis iudiciis quando iura obſcura ſunt, quid iudicandum. ibid.5.6
Poſſeſſio rei immobilis alia eſt, quàm rei mobilis. 69.5.
Precario poſſidere quid ſit. ibid.8
Poſſidere clam quid ſit. ibid.9
Poſſidere poſſunt duo rem eandem. 69.10
Poſſeſſio corporalis apud duos eſſe non poteſt. ibid.
Poſſeſſio rei alicuius quomodo penes aliquem eſſe intelligitur. 70.3
qui nomine noſtro Poſsident ſi poſſidere deſinant, quando poſſeſsionem amittere intelligamur. ibid.10
Poſſideri poſſumus res mobiles per alios. ibid.6
Poſſeſſio naturalis & ciuilis. ibid.7
Poſſeſſio animo retineri poteſt. ibid.8
in Poſſeſſione amittenda affectio poſſidentis conſideratur. ibid.9
Poſſeſſio ſolo animo amittitur. ibid.
Poſſeſsio metu perditur. ibid.
Poſſeſsio per quos acquiratur. 71.1
furioſus non Poſſidet. ibid.2
infans Poſſidere intelligitur. ibid.3
Poſſeſſionem animo ſolo non adipiſcimur. ibid.
Poſſeſſionem animo & corpore adipiſcimur. ibid.
Poſſeſſionem nudo animo interdum nanciſcimur. ibid.4
Poſſeſſionis cauſſa à proprietate ſeparata eſt, & ſeparatim à poſſeſsione tractari debet. ibid.6
Poſſeſſionem vacuam etiam alterius occupans quo modo puniatur. 72.3
à Poſſeſsione quis deiici videatur. ibid.
Poſſidere non poteſt qui ab alio poſſidetur. 7.10
Poſtulare non poſſunt infames. 60.1
Pragmaticorum turba in Francia litigii ſemen amplificat. 28.7.8
Præiudicia quid ſint. 18.7
Præiudicium quid ſit. 51.5.6
Præſcriptio propriè quid ſit. ibid.3
Præſcriptiones vnde ſint appellatæ. ibid.4
Præſcriptio fori initio opponi debet. 56.7
Præſens aduerſus abſentem ſuccurritur. 7.9.10. & ſequen.
Procuratores milites eſſe non poſſunt. 58.7.8
Procuratoris vſus. ibid.10
Procurator olim eſſe non poterat qui infamis eſſet. 60.1
Procurator hodie eſſe poteſt qui infamis eſt. ibidem, 1.2
Proiectum quid ſit. 4.3
Promiſſum per errorem exceptione reſcinditur. 52.&9
Promiſſio facta vt vnum vel duo ligni plauſtra in nemore promittẽtis capere poſſis cui electionem dat. 42.3
Purpura vnde nomen accepit. 45.5
Purpura tyria. ibid.

R

Rei iudicatæ executio an pendéte exceptione impediatur. 57.9
Res iudicata actionem tantum ciuilem tollit. 55.4
Replicatione eliditur exceptio. 60.8.9
Replicatio nihil aliud eſt quàm exceptio. ibid.9
Replicatio vnde ſit dicta. ibid.
Reuerentia paterna, aut maritalis, vel ſimilis quãdo pro iuſto metu habeatur. 51.10
Reuocationi alienationis in fraudem factæ quando locus ſit. 9.8.9.10
Reus egens quoties ab actore ali debet beneficium condemnationis in id quod facere poteſt habet. 47.10
Ruſticitas vel imperitia in liberto aut filio patronum, aut parentem in ius ſine venia vocante non excuſatur. 17.7.8

S

Saluianum interdictum. 10.9
Senatuſconſultum Plautianum. 10.3.4
Senatuſconſultum Carbonianum. 11.6
Senatus ius facit. 51.6
Sententia generalis quãdo ad ea tantum pertineat de quibus actum eſt. 55.9.10
Sententia inter alios dicta, an noceat. 56.4.5
Sententia iudicis certa eſſe debet. 39.1.2
Sententia incerta interdum admittitur. ibid.2.3.4
Sententia quando dicatur certa. ibid.7
Sententia condemno te, vt quantum debes, reddas, vel quantum fuerit compertum te debere inutilis eſt. ibid.7.8.9
Sententia Claudii Cæſaris riſa. ibid.10
Sequeſtratio quando fieri debeat. 68.8
Seruianum iudicium petitorium eſt. 10.9
Seruianæ actionis beneficium in rebus ab inquilino inductis magis apparet. ibid.10
Seruitus altius tollendi. 3.8
Seruitus non deprimendi ædificii. ibid.10
Seruitus proſpiciendi. 4.1
Seruitus ne luminibus officiatur. 4.2
Seruitus luminum. ibid.
Seruitus proiiciendi. ibid.3
Seruitus imittendi. ibid.
Seruitutes quãto tempore, & quomodo vſucapiantur. 5.3.4.5
Seruitutum vſucapio olim ſublata fuit. ibid.4
Seruitutes quæ perpetuam poſſeſſionis cauſſam habent x. annis inter præſentes, & xx. inter abſentes vſucapiuntur. 5.5
in Seruitutibus vſucapiendis ſcientia aduerſarii deſideratur ſi continuam poſſeſſionem habeant. ibid.7
in Seruitutibus quæ continuam poſſeſſionis cauſſam habent, cur breuius tempus ſufficiat. ibidem.8.9.10
Seruitutes quæ nõ habent perpetuam cauſſam poſſeſſionis, tempus cuius initii memoria non extat deſiderant, & non aduerſarii ſcientiam. 6.1
Seruitutes non continuæ interdum x. & xx. annis vſucapi non poſſent. ibid.2
Seruitutum negatiuarum & affirmatiuarum vſus quando incipi intelligatur. ibid.3
Socii beneficium condemnationis in id quod facere poſſunt habent. 48.1
Sportulæ litium alumnæ. 27.4.5.6
Stipulatio in dotibus ſemper intelligitur fuiſſe, & ſi non fuerit. 33.6.7
Stipulationes tot ſunt quot ſummæ. 45.1

V

Vendicationes actiones in rem dicuntur. 10.3
Venditio donationis cauſſa facta non valet. 48.5
Vinum Campanum optimum. 43.4
Vinum Sentinum. ibid.
Vinum Falernum. ibid.
Vinum Calenum. ibid.
Vis odioſum imprimis vitium eſt. 69.7
Vim facere quis intelligatur ibid.
Vi quicquam agere legibus eſt inimicum. 72.2
Vi rem etiam ſuam occupans quomodo puniatur, aut alienam. ibid.9
Vis armata, aut inermis diſcrimen in interdicto vnde vi non facit, vt duo eſſe interdicta propoſita videantur. 73.1
Voluntas coacta, voluntas eſt. 51.7
Petitur interdum quid vt vſucaptum, quod tamen vſucaptum non eſt. 6.7.8.9
non Vſucaptum interdum fingitur, quod vſu captũ eſt. 7.9.10
Vſuræ quadrantes. 43.7

Indicis finis.

Caſtigationes eorum quæ viſa ſunt, vel deeſſe, vel aliter eſſe reponenda

Folio.2.pagina.2.verſ.3.vbi legitur certum,lege cæterum. Eadem pag.verſ.16.pro poſſeſsionum,lege poſſeſsionem. Eadem pag.verſ 29.pro qui,lege qua. fol.5.verſ.1.pro ea,lege eas. ibidem verſ.2.pro non,lege aut. ibidem verſ.3, pro aut,lege non. ibidem verſ.35.illic decem annos,dele annos. fol.6 pag.1.verſ.23.pro iudicio,lege iudicis. ibidem verſ.ſeq.pro arbiter,lege arbitrio. ibidem verſ.vlt.pro plebeſcitis,lege plebiſcitis. fol.9.pag.1.verſ.7.pro vſus,legendum huius. Eiuſdem fol.pag.2.verſ.4.ante eo addendum ex. verſ.ſeq.demendum. fol 10.pag.2.ver.15.pro fructum,lege fructuum. ibidem verſ.19.pro imectarũ,lege inuectarum. fol.11.pag.2.pro enim,legito eum.verſ.2.proxime ſeq.pro fuiſſet,fuiſſe legendum eſt. fol.14.pag.1.poſt dictionem ſeruorum addendum eſt, aut. eadem pag. verſ.35.pro interdum,lege interea dum.fol.eodẽ pag.poſteriore ver.20.pro minorive,lege dominove. fol.16.pag.1. verſ.22.poſt dictionem aduerſus,adde eum. eadem pag.verſ.31. pro purgationum,legendum purgationem. folio 17. pag.1.verſ.11.pro amplioribus,legendum à pluribus. ibidem verſ.33.pro poſsit ,legendum poſſe. pag.poſteriore. verſ.5.pro concidere,concedere. fol.20.pag.1.verſ.21.pro conſtari,lege cõteſtari. fo.21.pag.1.verſ.12.pro repetares,lege repetas. fol.22.pag.1.verſ.16.pro obuiam,lege obuium. eadẽ pag.ver.29 pro raro,lege rato. fol.23.pag.2 verſ.6.pro effietum,lege effectum. pag.eadem,verſ.16.pro quam,quem legito. fol.24.pag.1.verſ.15.poſt quam,adde vt. fol.25.pag.1.verſ.16.pro propinquiorum,lege propinqũorum.ibidem,pro tuberionis Tuberonis. poſteriore pagina,eodem fol verſ.1.pro ibi,lege vbi.eodem verſ.dele negatiuam,non,ante verbum dirimere,& eam poſt idem verbum addito.pag.ead.verſ.16.pro exigerint,lege exegerint. eadem pag in priore ſectio ſolere,lege pro ſoluere fo.26 pag.1.verſ.20.lege vſurarum pro vſuarium. fol.27.pag.1.verſ.34 pro collocantem, lege collocatũ. pag.poſteriore verſ.1.adde copulatiuam,&,ante malorũ. eadem pag.verſ.7.pro Franciſcos,lege Francicos. ibidẽ ver.11.pro vinæ lege vinei. ibidem verſ.29.poſt dictionem metum, Hæc deſunt.non aduerſus bonos mores paſſus fuerit ſed eum.ibidem verſ.penul.cæteros pro cæteris legendum. folio.30 pagina.2.verſ.22 dinumeret,legendum pro dinumerat.folio.31. pag.1.verſ.33.pro ſolutio,lege ſoluto. fol.33.in fi.ſcolii,pro aliter,lege alter. fol.38.pag.1.verſ.34.pro dedictionẽ, lege deditionem. fol.39.pag.1.verſ.9.pro æſtimationis,lege exiſtimationis. pag.poſteriore, ver.5. pro dominũ,lege donum. fol.40.pag.2.verſ.10.lege proprii loco priorii. fol.42.pag.1.ver.2.pro quod,lege quando. fol.44.pag.1 verſ.4.pro habere,lege habeat. ibidem verſ.30.pro ordine,lege ordinem. fol.45.pag.2.verſ.27.pro iudicium,lege præiudicium. fol.52.pag.1.verſ.19.lege illectum pro alletum. folio.53.pag.1. verſ.16.pro exorſerit,lege extorſerit. fol.54.pag.1.verſ.11.pro diſſolutio lege diſſoluitur. fol.63.pag.1.verſ.26.pro eam ipſam,lege de ea ipſa. folio.65. pag.1.verſ 13.pro flumen,lege flumine. ibidem verſu.20.pro cauſſam, lege cauſſa. fol 67.pag.1.verſ.12.lege tenentur loco vtuntur. ibidem verſ.14.dele tenentur.

ACtio nihil aliud eſt, quàm ius perſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur: Et in rem, aut in perſonam eſt: In perſonam quando cum eo experimur, qui nobis obligatus eſt. In rem vero, quoties rem quã poſtulamus, iure dominij ad nos pertinere dicimus: Quæ tum pro rebus corporalibus vendicãdis, aduerſus poſſeſſorem, tũ pro incorporalibus confeſſoria, aut negatoria, poſſeſſori competit. Et hæc quidem ius ciuile introduxit. Quibus prætor alias veluti ſubſidiarias adiunxit, tam in rem quàm in perſonam. Et primùm quidem in rem, Publicianam actionem, & Reſciſſoriã: quæ quaſi ex dominio, præter iuris ciuilis conſtitutionẽ dantur. Deinde Paulianam, Seruianam, & quaſi Seruianam: quæ iure obligationis, nõ dominij, competunt In perſonam vero actionem de conſtituta pecunia, ex nuda conuentione. ſublata receptitia. Actionem item de peculio, ex alterius obligatione. Actionem in factum, ex iureiurãdo, nulla quaſita obligatione ciuili: Et pœnales actiones, quas ex ſua iuriſdictione propoſuit: atque Præiudiciales actiones, quæ licet in rem eſſe videantur, revera tamen non ſunt: Quandoquidẽ nihil vendicant, ſed de perſonę tantũ ſtatu, aut agnoſcẽdo partu, per eas agitur. His etenim perſonalibus actionibus dari aliquid, id eſt, dominiũ eius transferri, aut fieri petitur. Vnde fit vt per eas id quod iam noſtrum eſt minimè peti poſsit Excepta cauſſa furum, quorum odio vt pluribus actionibus tenerentur, effectũ eſt, vt tam condictione, q̃ rei vendicatione teneantur. Eſt enim actio in rem, propriè vendicatio: In perſonã autem actio, condictio.

Porrò oẽs in rem actiones, atq; etiam in perſonã, ſi ex contractu naſcuntur, rei perſequutionem habent: Sinuero ex maleficijs, interdũ pœnæ tantum perſequutionem, vt actio furti: interdũ vtranq;, & pœnæ, & rei perſequutionẽ habent, vt vi bonorum raptorũ, actio legis Aquiliæ, & ea quę contra eos qui relicta piis locis dare diſtulerint dantur. Cęterũ ex reali, perſonaliq; actione quædam actiones miſtæ conficiuntur: vt familiæ erciſcundæ actio communi diuidundo, & finium regundorum. Súntq; oẽs actiones, aut in ſimplum conceptæ, quales ſunt omnes rei perſequutoriæ: Aut in duplum, vt furti manifeſti legis Aquiliæ, rei, tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij cauſſa depoſitæ: vel quæ ex eo quod venerabilibus locis relictũ eſt, cõpetit. Aut in triplũ,

quum maior veræ æſtimationis quantitas libello inſcritur, vt maiorẽ ſportularum ſummam reus luat. Aut in quadruplum, vt furti manifeſti, De eo quod metu cauſſa factum eſt, & de pecunia calumniæ cauſſa data, ex legéq; condictitia. Deinde ſunt & actiones quędam bonæfidei, in quibus bona fides plus q̃ in aliis exuberat: vt ex empto, vendito, locato, conducto, negociorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciſcũdæ, cõmuni diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea quę ex ꝑmutatione cõpetit: hęreditatis petitio, Actióq; ex ſtipulatu, quę de dote cõpetit, rei vxoriæ actione ſublata. Quædam verò ſtricti iuris, vt reliquæ omnes non numeratæ Actiones, in quibus vtriſque compenſatio hodie æquè locũ habet. Sed & arbitria iudicum in actionibus ſtricti iuris neceſſario inuẽta fuerũt, quibus id iudices ſuppleant, quod actionis natura minimè ꝑmittit, Vnde & Actiones quæ Arbitrariæ ideo dicuntur, introductæ ſunt.

Tandem actione mota, etiam ſi de incerta re, aut quantitate actũ fuerit, iudicis erunt partes, vt certam ſententiam ferat. Etſi cognouerit actorem re, tempore, aut loco, aut cauſſa plus petiiſſe, ſi minor quidem ſit, cauſſa cognita, facilitate lapſo ſuccurrendum erit. Sinautẽ maior, neque idonea cauſsa iuſti erroris interuenerit, non vt olim cauſſa cadat: ſed ſi quid tempore plus fuerit petitum, induciæ duplicandæ erunt. Si re, loco, aut cauſſa, omne dãnum quod ex ea cauſſa acciderit, cum tripli condemnatione ei à quo petierit ſarcire iubeatur. Quod ſi ex aduerſo minus petiiſſe actorem conſtiterit, petentem in eodem iudicio poſtea reliquam ſummã admittere debet, & in eandem, eodem quoque iudicio condemnare. Verùm ſi aliud pro alio intenderit, eodem etiam iudicio cognita veritate errorem ſuum corrigere minime vetabitur. Denique non ignoret iudex, quod quemadmodum ſunt actiones, quibus ſolidum quod nobis debetur perſequimur: eodem modo etiam eſſe, quibus modo ſolidum, modo minus conſequimur: vt in peculio filÿ, ſeruíve, cuius noĩe pater, dominúſve peculiotenus tantum cõdemnandi ſunt. Item ſi de dote mulier aduerſus virum, aut ſi cum parente, vel patrono, filius, vel libertus, aut ſocius cum ſocio iudicio ſocietatis experiatur, aliúſve ex donatione ſua conueniatur: ÿ omnes inquantum facere poſſunt tantummodo tenentur. Compenſationes quoque oppoſitæ, & bonorum ceſſio, efficiunt vt non ſolidum conſequamur

Petri Plateani Angolæi, in ſummo *TRIBVTORVM VECTIGA*-*liúmque tribunali Lutetiæ Pariſiorum Regij patroni, Paraphraſis in titulũ de Actionibus, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.*

Superest vt de Actionibus.

1 QVONIAM hactenus de obligationibus dictũ eſt, conſequens eſt, vt illarum vim effectúmque explicemus (nempe actiones) quas obligationes ipſæ [a] pariunt, & quæ obligationum etiã vincula tutantur. Parum enim eſſet de perſonis earundemque dominiis & obligationibus vidiſſe, niſi & de actionibus, quibus perſonæ ipſæ dominia, obligationéſque ſuas tuentur & conſeruant, diceremus. Vnde ap-
2 pellatæ ſunt actiones, quòd ad iudicia eos agamus, à quibus nobis aliquid quocunque modo debetur. Actio autẽ nihil aliud eſt, quàm ius quoddam, ſeu libera quædam facultas perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. Atque omnem omnino actionem ex quacũque obligationis cauſſa quid debeatur, propter quam lex agere nõ prohibeat, hac diffnitione comprehendimus, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſsi fuerit perſequutio [b]. Nã & perſequutionis verbum omnes apud iudicem poſtulationes tam ordinarias, quàm
3 etiam extraordinarias complectitur, ipſáſque officij iudicis implorationes, quæ actionum inſtar obtinent [c]: quod tamen iudicis officium tum implorari animaduertendum eſt, cum ſolida vel expreſſa deeſt obligatio, aut ſummo iure actio, quam tamen competere æquitas ſuadet: vt ſi te ſolum hæredem meum damnauero vti mo-
4 numentum certa pecunia facias, nullam obligationem ea ſcriptura recipit: ad ſupremæ tamen voluntatis obſequium iudicis officiũ te compellet [d]: Aut ſi ingratum libertum in ſeruitutem reuocare volueris, quia nulla actio ſtricto iure competit, extra ordinem iudicis officio id curandum [e] erit. Interdicta quoque actionis verbo
5 continentur [f], de quibus ſuo poſtea loco dicturi ſumus in iudicio tamẽ perſequutionem arctauimus, propter ea quæ vel extra iudicij limen ſine actione legitimè perſequimur: veluti debitorem qui fugam parat, quem propria authoritate conſequi & apprehendere

a l. Licet. §. ea obligatio. ff. de procuratorib.

b l. Pecuniæ verbũ, in fin. ff. de verb. ſigni.

c l. actiõis verbo. ff. de actio.

d l. hæreditas. ff. de peti. hæredit.

e l. i. C. de libert.

f d. l. actionis verbo.

poſſumus, pecuniámque ſecum deferentem vſque ad concurren- 6
tem debiti ſummã auferre, ſi iudicis adeundi facultas deſit. Cæterum ſi adſit, creditorem de ſuſpitione fugæ, ſaltem iureiurando prius docere debere verius eſt, & curare vt de debito iudici antea liquidò cõſtet. g At generaliter id quod deberi ſibi quiſque putat, per actionem & iudicem repoſcere debet, non ſibiipſi ius dicere: Ne alioqui diui Marci decreto † ius crediti pdat. h Porrò admonendi ſumus actiones ipſas 7
ſtatim cum legibus videri proditas, initio quidem rudes & ſimplices, & in quibus rectè diligentérque concipiendis non tam laborabatur, quàm tota res ipſa iudicis arbitrio committi videbatur (Nondum enim legitima agẽdi ſeries ante xii.tab.leges cõtexta fuerat) Quibus poſtea habenę iniectæ ſunt, certæque formulæ ea ſeueritate cõ-
poſitæ, vt qui à præſcriptis verbis tantillum recederet, formula ſta- 8
tim excidiſſe diceretur, qui verò extra cauſſam petiiſſet, cauſſa caderet: iure quidem agendi antea, vt tum neceſſe erat à pontificibus impetrato, qui & conſulendi erant quibus diebus agi poſſet. Poſtea ea euerſa ſeruitute, Cn. quidem Flauii opera, qui ſubreptis App. Claudij libris cornicum oculos configens, formulas deſcripſit & diuulgauit, i paulatim neceſsitas hæc tanta eſſe deſinebat: Et tranſlata à pontificibus in prætores dandæ actionis poteſtate, manentibus interea vſque ad diui Conſtantini tempora impetrationum & for-
mularum reliquiis, is primus formulas hũiuſmodi tanquam per ver 9
borum captiones inſidiantes ſuſtulit. Deinde diuorum Theodoſij & Valentiniani temporibus impetrationes etiam funditus euerſæ ſunt. Proinde nunc ſatis eſſe conſtat, ſi rei negotióque propoſito, actionem aptam conuenientémque propoſuerimus.

g l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. ff. quæ ĩ fraud. cred. & illic Bart. & Iaſ. in. l. ii. ff. ſolu. ma.

† *Eo diui Marci decreto hodie nõ utimur quãtum ad id attinet, ut quis ius crediti perdat.*

h l. extat ff. de eo quod met. cauſa.

i l. ii. ff. de orig. iur.

Omniũ autẽ actionũ.

VErùm cùm ita ſit finitionẽ cuiuſque rei diuiſione multum ap-
iuuari: Omnium actionum ſummam præcipuámque diuiſio-
nem in duo genera partiemur, earum (inquam) actionum quæ 10
aduerſus aliquẽ apud iudices de quacunque re mouentur, aut etiam apud arbitros, quando & arbitria inſtar iudiciorum redacta k ſint. Sũt ergo actiones omnes, aut in rem, aut in perſonã, quibus eas etiã quæ miſtam cauſſam habere videntur, complectimur: ſed de his ſuo poſtea loco dicetur. Certum eſt enim, vt ordinem retroagam°, agere vnumquenque, aut cum eo qui ei obligatus eſt, aut cũ eo qui non eſt ei

k l. i. ff. de recep. arbi.

1 eſt ei obligatus, mouetur tamen eidem de re aliqua controuerſia. In priorem caſum proditę ſunt in perſonã actiones, ſic appellatę, quòd vtriuſque perſonæ tam actoris quàm rei cohæreant. Aduerſus eum nanque hæc actio locum habet qui obligatus eſt, ſiue ex contractu, vel quaſi ex contractu, ſiue ex maleficio, vel quaſi ex maleficio obligatio ſit: cuius tamẽ certa ſemper ſpecies in promptu nulla dilatione quæſita nominatim † exprimi debet, vt perinde ſciat reus ex qua cauſa cõueniatur, [l] & an cedere vel contendere vltrà debeat. His enim caſibus proditæ ſunt in perſonã actiones, quibus his qui experitur, aduerſarium ei aliquid dare aut facere oportere intendit, aut aliud etiam aliis modis petit. Nempe ſi in eum proponat actionem, à quo aut infamatur, aut minis terretur, vt deinceps vel deſinat vel agat. [m] Atque alia pleraque quæ

2 † Edendæ exprimẽdæque actionis neceſſitas iure ciuili manſit, ſed ea põtificum decretus ſublata eſt. Secundum quæ nihil amplius hodie exigimus, quàm petitionem aptã, quà liquere poſſit quænam actio intendatur. cap. dilecti. extra de iudi.

3 ex variis cauſſarum figuris enaſci poſſunt. In eum verò caſum quo obligatus non eſt is quo cum agimus, ſed de re aliqua controuerſia mouetur: in rem ſunt actiones propoſitæ, quæ nullo penitus obligationum vinculo nituntur, ſed per eas rem noſtrã quæ ab alio poſſidetur petimus, ſempérque aduerſus eum eſt qui rem poſſidet. [n] Vt ſi rem ſingularem poſſideat aliquis, & quæ hominum commercio exempta non ſit: veluti rem ſacram, religioſam, liberámque perſonam: aut vniuerſalem, vt gregẽ, armentũ, & equitium, [o] cuius quin-

4 dem rei ab alio ſic poſſeſſæ Titius dominum ſe eſſe cõtendat, contrà quoque poſſeſſor id affirmet (quanuis & hoc neceſſe, vt mox dicetur, non ſit) Titio, qui rem ſuam eſſe intẽdit aduerſus poſſeſſorem nulla obligatione vinctum, in rem datur actio. Nam non id inquirimus, vt ſciamus an alicui ea competat actio, vtrum is qui agit obligatum eum habeat quem conuenit, ſed an eius rei quam petit dominus quocunque [p] modo ſit, ſiue directum ſit quod habet dominiũ, quod quidem verius firmiúſque dominium eſt: ſiue vtile, quale

5 habent hi qui vectigalem fundum in perpetuum fruendum conduxerunt: [q] vel etiam ceſſum. Id enim noſtrum iure videtur, quod vẽdicare [r] poſſumus. Neque propterea vẽdicare prohibemur quod adire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio aliqua extiterit, propter quam reſtituenda res ſit. [ſ] Qui etiam principio dominus non fuit, non ideo minus rectè quid ſuum eſſe vendicat, ſi nouum dominii

l l.i.ff. de edend.

m l.diffamari. C. de ige. & ma.

n l. Actionum genera. ff. de actio.

o l.i.ff. de rei vendic.

p l. in rem. ff. de rei vendica.

q l. vnica. ff. ſi ager vectig.

r l. Quintus Mutius. lib. ii. §. argẽto. ff. de aur. & arg.

ius acceſſerit, ſaltem ſi cùm agere cepiſſet,nullam certã ſpecialém- 6
que cauſſam dixerit,& ex eadem dominium ſuperuenerit. [t] Verùm
qui aduerſarii facto dominus eſſe deſiit nihilo peius agit. [v] Certum
quemadmodum rei petitæ dominium in actore quæſiuimus, ſimili
modo etiam in reo poſſeſſio quoque deſideranda erit. Ideo qui hac
actione vti vult,ne fruſtra experiatur, requirendum eſſe ſibi exiſti-
met,an is cum quo actionem inſtituit,poſſeſſor ſit nécne, [x] nec ad
rem pertinebit,ex qua cauſſa poſſideat,cùm ab omnibus qui tenent 7
habéntque reſtituẽdi facultatẽ, peti poſſit. [y] Quin eum quem pro-
prietatis iudicio pulſamus,& aduerſus quem in rem actionem exer
cemus,poſſeſſorem agnoſcimus: Qui enim ad agendum procedit,
prius rem apud ſe diligenter explorare debet,meritóque ei impu-
tandum eſt(vtcunque ſe res habeat) cur vendicationem elegerit.Et
ideo ſi is cui proprietatis quæſtio à te mota eſt,interim controuerſę
rei poſſeſſione frui à te prohibeatur,rectiſſimè ob 8
interpellatam eo modo poſſeſſionum interdicto
vti poterit. † Eſt tamen cuique liberum in rem
actionem non pati, ſi ſe non poſſidere dixerit, ea
pœna mendaci impoſita, vt ſtatim atque de men-
dacio fuerit conuictus per iudicem,poſſeſſio in a-
ctorem transferatur,licet rem ſuã eſſe nõ oſtende-
rit. [a] Neque cum eo tãtum qui poſſidet,ſed & qui
poſſidere dolo malo deſiit,conſtituitur hoc [b] iudi-
ciusn:quin etiam cum eo qui ſine dolo poſſidere 9
deſiit,ſiquidẽ prima eius poſſeſſio vitioſa cõperta
fuerit, quia per vim aut clàm adepta ſit. [c] Is autẽ qui cùm nõ poſ-
ſideret,nec dolo feciſſet:quominus poſſideret ſe, liti vt poſſeſſor [d]
obtulit,lite demum cum eo cõteſtata,in rei ęſtimationem condem-
nandus erit,qui etiam cõſequuta ab eo qui ſe dolo [e] obtuliſſet,non
prohibetur iterum dominus rem ſuam à vero poſſeſſore vendicare.
Ante litis verò cõteſtationem,is qui ſine poſſeſſione ſe liti obtulit,
diſcedere poteſt:Neque lite etiam conteſtata aliquid ab eodem do- 10
minus conſequetur,ſi non poſſeſſorem eundem ſciuerit,quãdoqui-
dem à ſeipſo magis quàm ab alio deceptus ſit,qui aduerſus eum qui
non poſſideret,ſciens prudénſque egerit [f]. Poſtremò curabit is cui
hac actione vtẽdum erit,vt rem quàm petit,ſpeciatim & apertè de-
ſignet,& vtrum totam an partem & quotam petat. Nam & infectę
materiæ põdus, ſignatæ nunerum, factæ autem ſpeciem dici opor-
tebit

† *Atque hodie de interpellata eo modo poſſeſſione rectè excipiet, ne in ea proprietatis lite pergere cogatur,donec ei uacua poſſeſſio permiſſa ſit,conſt.Carol.7. quod arreſto comprobatum eſt die ultima Aprilis, 1532.*

t cap. abbate ſanè, de re iudi. in.vi.

v l. ſi poſt ſuſceptum. ff.de rei vẽ.

x l.qui petitorio.ff. de rei vẽd.

y l.officiũ ff. illo tit.

a l.vlti.de rei ven.ff.

b d.l. qui petitorio.

c l. ſi tu me vi.ff.de vi & vi ar.

d cap.examinata, & ibi Panor. de iudi.

e Fely. in c. aduerſario, extra de excep.

f l.is qui ſe obtulit.ff. de re vend.

1 tebit, menſurámque ſi res menſura contineatur. Nomē etiam hominis ſi petatur, quòd ſi ignoretur, demōſtratione vtendum erit. Rei denique quę petitur, dominium exprimēdum erit, quale ſit, directúmne, vtile, an ceſſum, vt ſecundum ea quæ proponentur, dominum te declarari per iudicem, rémque reſtitui petas [g]. Deniq; ſublata eſt omninò vetus illa formula, quæ in his iudiciis olim ſeruabatur. Nempe ſi de re mobili quæſtio eſſet, litigatores apud Prętorem manu ſimul rem exhibitam pręhendebant, ſolennibus verbis rem vendicando, quibus propriā eſſe quiſque aſſerebat. Sin ve-
2 rò de fundo diſceptaretur, veniebant cum Prætore in rem præſentem, ibíque manus conſerebant, tanquam certi de qua tandem re quærebatur. Sed propagatis tādem Italiæ finibus, cùm in rem pręſentem venire Pręgtori difficilius eſſet, litigantes ex iure manu conſertum vocabant, id eſt, alter alterum in rem de qua pugnarent, ad conſerendum manus vocabat, & ſimul in eum locum profecti glebam fortè vnam in ius ad Pręgtorem deferebant, vbi iudicum certa quadam & pręſcripta formularum conceptione ſuperſtitioſa cum multis ambagibus peragebatur [h]. Quæ hodie omnia ab vſu receſſerunt, actorémque tantum eſſe oportet, qui rem de qua quæritur, vendicet, & ſuā aſſerat: nō etiam, reum penes quem (vt antea monuimus) ſola poſſeſsio ſufficit. Si tamen fundū controuerſum reus agnoſcere ſe inficias eat, in rem pręſentem cum iudice vel apparitore perducendus erit, vt ei pręſenti certa fundi demonſtratio fiat, niſi de ea re cōtrouerſia eſſet, quæ ex genere vel vniuerſo conſtat,
4 aut alia quadam ratione nō facilè oculis ſubiici poteſt, nempe hæreditas. Sin autem tempore illi cōſtituto minimè adſit, demōſtrationis duobus ſaltem finibus circūſcriptæ elogium fiet, quo poſtea exhibito reus ſummotis priſcis ambagibus pergere iubetur.

g l. ſi in rē ff. de rei vē.

h Aul. Gel. lib. 7. c. vlt.

Aequè ſi agat quis.

POrrò ſciendum eſt in rem agi poſſe non ſolùm pro rebus corporalibus, in quibus ſolis exemplum poſuimus, ſed etiam pro incorporalibus, & id quidem confeſſoriè aut negatoriè. Nam quan-
5 tum ad eas actiones attinet, quæ non ſeruitutis tuendæ, ſed conſtituendę nomine cōpetunt, & ex teſtamento fortè vel cōtractu, nec niſi aduerſus eum qui obligatus eſt, vel eius hæredem inſtituūtur, hìc non agimus. Confeſſoriè autē, hoc eſt, affirmatiuè, tam de corporalibus, quàm de incorporalibus agitur, nō quòd ipſa confeſſoria actio quemadmodum pro ſerūitutibus & iuribus introducta [i]

i l. ii. ff. Si ſeru. vend.

lz l.pen.ff. ſi vſuſfru. pet. eſt,& poſſidenti [k] datur: ita eadē ꝓ rebus corporalibus dari poſſit, 6
Negatoriè verò in incorporalibus tantùm agitur. Quoties nanq; rem aliquam noſtram eſſe dicimus, confeſſoriè & affirmatiuè agimus de quauis re quæſtio ſit. Sed quādo ius aliquod veluti ſeruitutem aliquam alteri negamus: negatoriè agimus, quod in corporalibus, ſicut poſtea dicetur, locum habere nullo modo poteſt. Cæterum res ipſa lucidior multo fiet, ſi eam exemplis oculo ſubiecerimus. Sicut igitur in rem actio (vt dictū eſt) ei cōpetit, qui fundum aut rem aliquā (quæ corporalis ſit) vendicare velit, ita etiam æquè 7
i l.i. ff. ſi ſeru. vend. fit ſi quis ſeruitutis debitæ vel eius rei cui ſeruitus debetur, dominus [i] ſaltem vtilis [lz], aut etiam creditor, cui vtilis ſeruitutis petitio
lz l.in prouinciali. §. i.ff. de ope. no. nuncia. datur [l], ius ſibi eſſe in fundo agat, vt & in rem actio quoque ſit. Proinde confeſſoriè & ad fundum & ad ius in fundo agitur. Confeſſoria tamen actio cum ſua natura pro iure tantùm datur. Veluti ſi quis fortè dixerit ius ſibi eſſe ædibus vtendi, fruendi, quę ſeruitutes perſonarum dici poſſunt, quòd à re perſonæ ipſi debeantur.
l l. ei qui. ff. de ſerui. Item ſi quis petierit ius ſibi eſſe per vicini fundū eundi, ambulādi, 8
aut etiam agēdi iumentū, vel vehiculū, vel ex fundo vicini aquam ducendi ad fundum ſuum: quæ ſeruitutes prędiorum ſunt & ruſticæ, de quibus antea ſuis locis mentionem habuimus. Verùm quid de vrbanis? Et ſanè eiuſdem generis conditioníſq; eſt de iure prædiorum vrbanorum actio. Nempe ſi quis agat ius ſibi eſſe altius ædēs ſuas tollendi, quæ quidem facultas licet indiſcriminatim om-
m l. altius. C. de ſerui. nibus iure naturali conceſſa videatur [m], aliquando tamen ſolo iure ſeruitutis nititur, vt ſi domos aliquas propoſuerimus, quib⁹ cer- 9
tus modus dominorum conuentione, ſtatutóve municipali, aut aliter pręfinitus fuerit, vltra quē nemini liceat inuito vicino altius ædes ſuas tollere, tibíque poſtea vicinus id nō ſolùm remiſerit, ſed & ædibus ſuis ſeruitutem impoſuerit, vt pati debeant te tuas ædes altius ædificatas habere. Si te ædificantem poſtea prohibuerit, hac actione meritò tibi ſuccurretur, qua dices ius tibi eſſe altius ædes tuas tollere, ídque mœro iure ſeruitutis propter conſtitutam à vicino ſeruitutē antea ſublata altius tollendi libertate, quoniam ad 10
hoc proponitur hæc actio tum cōfeſſoria, vt ſeruitutem quis ſuam eſſe propugnet, licet alioqui pro naturali altius tollendi libertate aduerſus turbātem negatoria competat. Quemadmodum autem quædam eſt altius tollendi actio, ita contrà quoq; altera eſt, quam non deſtruendi, ſeu deprimendi ædificij dicere poſſumus: vt ſi vi-

cino

1 cino ſeruitutem conſtitueris ne ædes tuas deprimas aut deſtruas, ea forſan ratione ne ſolis fulgor in ædes ſuas delabatur aut deuoluatur, quando ſolem non habere ſæpe ædificiis gratum [n] ſit. Idem erit ſit ambulacra vicini tuis arboribus amœna & opaca fuerint, túque propterea de non cædendis aut tollendis arboribus ſeruitutem illi conſtitueris [o]. Eſt & inter exempla ſeruitutis vrbanæ confeſſoriæ ſeruitus proſpiciendi, quæ ius proſpectus habet non ſolùm vt cœlum videatur, ſed etiam vt procul a-

2 liena ædificia ſpectemus, ídque in proſpectu habemus, ne quid nobis officiatur ad gratiorem aſpectum & liberum, maiórque eſt hæc ſeruitus ea quæ ne luminibus officiatur prohibet, in qua hoc ſolum venit, ne lumina obſcuriora fiant, tametſi cœlum videri debeat. Nam & ex inferioribus locis ſicut proſpectus eſſe non poteſt [p]. Sed harum minima eſt ſeruitus luminum, qua ſolum id acquiſitum eſſe videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat, & ſi cœlum non videatur. Sufficítque lumen præſtare, quo lucidior

3 domus fiat [q]. Item eſt & ſeruitus vrbana, confeſſoria ſeruitus proiiciendi: Proiectum autem id intelligendum eſt, quod ita protenditur vt nuſquam conquieſcat, cuiuſmodi ſunt Meniana, & Suggrundia [r], ſiue etiã podia penſilia, quæ extra domus parietem prouehi ſolent inſtar pulpiti, quibus etiam in vicos & plateas plęrunque nobis eſt aſpectus. Propterea ſi proiectum aliquod ex muro in domum tuam habuerim, id aduerſus prohibentem iure ſeruitutis tueri poſſum. Eadem ferè eſt ſeruitus immittendi, niſi

4 quod immiſſum dicimus quod ita porrigitur vt requieſcat, proiectum verò nuſquam requieſcit [s]. Si tigna igitur aut trabes in domus tuæ parietem immiſſas iure ſeruitutis habuero, eã ſeruitutem hac actione tueri mihi erit liberum. Ante omnia tamen qui actione confeſſoria experiri voluerit, prius apud ſe diſpiciat, num aliquo interdicto poſſeſſionem ſuam tueri poſsit, quandoquidem id longè illi vtilius paratiúſque futurum eſt [t]. Ex ad-

Et cõtrà quoque.

uerſo facile erit eiſdem exemplis agnoſcere inuicem quoque pro-

5 ditas eſſe actiones negatorias, non ſolùm in vſufructu, ſed eiſdem ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, atque vrbanorum, quibus iura ipſa ſeruitutum alteri negamus, ídque aduerſario nunc non eſſe liberum, quod fortaſſis aliquando fuit: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, ambulandi, agendi iumentum vel vehiculum, aquámue ducendi, altius tollendi, impu-

n l. ſi arborem. ff. de ſerui. vrba. præd.

o d. l. ſi arborem.

p l. inter ſeruitutes. & l. lumen. ff de ſer. vrb. præd.

q l. luminũ illo rit.

r l. malum. ff. de verb. ſignif.

s d. l. malũ.

t §. retinendę, infra de interd.

v l.i.ff.ſi ſerui.vend. gnando quippe id quod alioqui facere erat liberum, niſi ea antea 6
(vt diximus) libertas ſublata eſſet. Item proſpiciendi etiã, vel pro-
x d.l.in p̃uinciali. ff. de ope.no. nunc. iiciendi immittendíve. Quæ quidem actiones ſoli veróque domi-
no rei, cui ſeruitus deberi contenditur, aut negatur, directè com-
petunt [v]. Vtiles verò eis qui vtile habent dominium [x]. Itémque
creditori [y]. Quoad fructuariũ verò attinet, viſum eſt contentũ eũ
y l.ei qui. ff.de ſerui. eſſe debere ea actione, quam ſui vſufructus nomine habet, vt per
z l.i.ff.ſi vſuſfr.pet. hanc ſi non patiatur vicinus eundem vti aut ſeruitute, aut liberta-
te, teneatur, quaſi non patiatur vti frui [z]. Ex his ergo quæ dixi- 7
mus, conſtat confeſſoriè agi poſſe, tum de rebus corporalibus,
Quod genus actionis. tum de incorporalibus. Cæterum negatoriæ actionis genus in
controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt, eiúſque rei ra-
tio duplex eſſe poteſt. Nam quicunque cum aliquo agit ex eo iure
quod habet, cauſſam ſuã iudici probare debet, rem videlicet quam
vendicat, ſuam eſſe: neque dicere ſatis erit rem ipſam aduerſarij
non eſſe: quoniam id quod meum non eſt, tuum propterea eſſe
exiſtimandum non eſt [a], imò ſi neque tuum, neque aduerſarij 8
a l.vlti.C. vnde vi. fundum eſſe apparet, is tamen vincet eo quidem iure, quo po-
tiores poſſeſſores ſunt, licet nullum ius [b] habeant, per regulam
b l.vti frui ff.ſi vſuſfr. peta. qua dicere ſolemus in pari cauſſa meliorem eſſe poſſidentis con-
ditionem. At in incorporalibus longè aliter eſt, in quibus etſi
negatoriè agatur, verbáq; ipſa negatoriæ actionis in negationem
ſonent, ipſe tamen effectus actionis cõfeſſoriæ eſt. Perindéq; de eo
qui ſeruitutem negat dicendum venit, ac ſi fundum ſuum eſſe libe
rum diceret [c]. Eſt & altera ratio cur hoc genus negatoriæ actionis 9
c ex inſtit. Theophil. in corporalibus locum nõ habet: Nam ea actio negatoria domino
& poſſeſſori fundi competit, qua liberum & non ſeruum eſſe fun-
dum noſtrum dicimus quem poſſidemus. Idque pro rebus incor-
poralibus. Sed pro corporalibus is ſemper agit, qui non poſſidet,
Nimirum corpus quod alter poſſidet vendicans, neque ei qui poſ-
ſidet, actio vnquam prodita inuenitur, per quam neget rem acto-
ris eſſe, quandoquidem non actione, ſed exceptione ius ſuum tue-
Sanè vno caſu. ri magis debeat. Licet interdum is qui poſſidet, nihilominus a- 10
ctoris partes ſuſtinet, vt ſi vſucapionem obiiciat qua liberari, at-
que in poſſ. relictum iri petat, ſicque probationis periculo ſeſe ex-
ponat. In miſtis etiam duplicibúſque iudiciis famil. herciſcundæ,
d l.in trib ff.de ind. comm. diuidundo, & finium regundorum vterque actoris vicem
gerit [d]. Volentibus nanque cohæredibus aut ſociis à communio-
ne-

1 ne diſcedere, viciniſque de finibus fundorum contendentibus par omniũ cauſſa videtur, & intelligitur vterq; actor, quanuis vterque poſſeſſor ſit, rémque quam poſſideat, petat [e]. Sicut diffuſius in amplioribus Pandectarum libris, oportuniúſque manifeſtum eſſe poterit. Idem etiam in interdictis vti poſſidetis, & vtrobi, de quibus poſteà pleuiùs dicetur. In quibus tamẽ omnibus negatoriæ actiones propterea locum non habent. Quarum actionum euentus eſt, vt victori res aut cautio iudicis officio præſtetur, res ipſa, hoc eſt,
2 vt iubeat aduerſarium iudex ſeruitutem præſtare & pati, aut libertatem non impedire. Cautio verò vt iubeat cautionẽ de ea re præſtare, neque ſucceſſores ſuos poſthac aut ſeruitutem prohibituros, aut libertatem etiam impedituros. Neutrum verò faciente eo qui condemnatus eſt, tanti condemnandus erit, quanti actor in litem iurauerit [f]. Neque ſolum pro ſeruitutibus his quas enarrauimus, aut ſimilibus, ſed & pro quibuſcunque aliis iuribus aſſerendis aut negandis, eædem actiones cõpetunt [g]. Hic ſanè locus exigit quo-
3 niam de actione confeſſoria & negatoria diximus, quæ pro ſeruitutibus conſtitutis tuendis competunt, vt & harum conſtituendarum rationem differẽtiámque, præſertim quæ temporis vſucapionem reſpicit, nunc breuiter oſtẽdamus. Ita enim fiet, vt actionis vtriuſq; natura, perfectius multò nota ſit. Præter ergo cõtractus cõuentioníſq; rationem, qua ſeruitutes cõſtituuntur, ſi vſus accedat qui pro traditione accipitur [h]: Acquiruntur & ſeruitutes tẽporis vſucapione, idq; variè. Etenim ſciẽdũ eſt lege olim Scribonia ſub-
4 latã fuiſſe eã vſucapionẽ, quæ ſeruitutes cõſtituebat [i], cùm hæ corporaliter tradi, poſſideri, & capi vſu nõ poſſint. Vnde vſucapio nomẽ ſortita eſt: Tũ quòd ipſę ſeruitutes, ceu libertati aduerſę, odioſę ſunt. Tamẽ ex Prætorũ conſultorúmque interpretatione effectum eſt, vt in his quoque quemadmodum & in corporalibus locum haberet vſucapio: atque ſi non rigida illa legis interpretatione verè vſucapi poſſent, attamẽ vſucapi intelligerẽtur, ſed nõ vno eodẽq; modo. Seruitutum nanque aliquæ ſunt quæ perpetuã poſſeſſionis
5 cauſſam habẽt, vtputa quãdo rei alicuius perpetuus vſus eſt minimè interpellatus, ſicut eſt aquæductus è perenni flumine, aut etiã ſi ꝑpetuus vſus nõ eſt, naturalis tamẽ cauſſa miſta inuenitur, vt in ſtillicidio: quæ licet aſſidua non ſit perpetuò tamen fieri intelligitur [k]. In quibus decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes vſucapionem conſtitui viſum eſt: adeò vt qui diuturno eo

[e] l.i.ff.fa. hercisc.

[f] l.harum. ff.ſi ſeruit. vend.

[g] Ioã.Fab.

[h] l.quoties ff.de ſerui.

[i] l.ſequitur §.vlt.ff. de vſucap.

[k] l.foramẽ ff. de ſerui. vrb.prædi.

vſu ſemel ea nactus fuerit, de iure ſuo docere neceſſe non habeat. 5
Sed vtilem ſtatim actionem habet, non confeſſoriam, aut negatoriam, vt oſtendat per id tempus ſe non vi, nō clàm, non precario poſſediſſe [d]: eáque ſeruitute eſſe vſum, tanquam qui iure ſuo vti ſe crederet [e]. quia ſi propter riui incommoditatem, nō quia via publica erat interrupta, per confinem agrū iter fecerit, ſeruitute tanquam ſua vſus non videbitur [f]. Et poſſeſſionis ipſius in hunc modum probatio ei qui vſucepit, incūbit: quia bona fides in iſtis ſeruitutibus acquirendis, propter naturalem rerum libertatem, haud 7
temerè præſumi ſolet. Neque enim Prætorum aut cōſultorum interpretatio iam exploſam ſeruitutū vſucapionem, ſine magna prudentique cautione reuocare voluit. Atq; ideò áduerſarij etiā ſcientiam probandam eſſe introductum [g] eſt: ſi in ea cauſſa quidē fuerit ſeruitus, vt eam furtim, & ab ignorante vſucapere facilè quem potuiſſe credibile ſit. Nēpe ſtillicidiū ſi in ædes amplas, in quibus ſtillicidia multa eſſent, ea fortè diligētia, à vicino appoſitū fuerit, 8
vt id facilè ignorari potuerit: nónne domini ignorantiā excuſantis ſcientia ſumma ratione probanda erit? Cæterū ſi titulum lege non interdictū, ab eo qui ſe domiuū putaret, habuerit (quia ſi à vero domino nulla vſus præſcriptiōe eſſet opus) ſciētiæ tū probatio nulla deſiderabitur [h]: ſed ei qui quaſi poſſeſſorē hunc ſeruitutis dixerit vi, clàm, aut precario poſſediſſe, ꝓbationis onus incūbet. Meritò aūt, quum perpetua ſit in his ſeruitutibus (de quibus loquimur) poſſeſſio ſufficere conſtitutum tempus aduerſus eum, in quem vſu ca- 9
pitur, placuit [i]. quia non facilè intelligitur quis non magnoperè negligens, qui hàc perpetuam ſeruitutis poſſeſſionem aduerſam, in ſuas ædes aut prædia ſua paſſus eſt. Verùm quātum ad alias ſeruitutes attinet, quæ non perpetuam poſſeſſionis cauſſam habent, ſed interuallatam: æquiſſimū viſum eſt, ſi harum vſucapio in longius tempus produceretur: vt in ſeruitutibus quæ manu hominis fiunt, neque naturalem cauſſam miſtam habent. Siquidem harum poſſeſſio tam breui tempore, negligentiæ eum in quem præſcribi- 10
tur, minimè arguit: atque illarum quæ perpetuam poſſeſſionis cauſſam habent. Plúſque vnius diei nos mouet continua poſſeſſio, quàm ea interdum quam per decē annos, aut viginti annos longis interuallis intermiſſam quis ī ædes aut prædia noſtra exercuit. Deinde non ſicut naturales cœli aut elemētorum cauſſæ, quæ omnibus ex æquo patent, & propterea pe petuæ exiſtimatæ [k] ſunt, ita &

d l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vend.

e l. vlti. ff. quēad. ſeruit. amitt.

f l. i. §. Iulian. ff. de tit. actúque priua.

g l. ii. C. de ſeruit. & aqua.

h Paul. de Caſtr. in d. l. ii. C. de ſeruit. & aqua. Bar. in l. i. §. hoc īterdicto. ff. de itine. actu. priua.

i d. l. ii. C. ſeruit. & aqua.

k d. l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. prædi.

1 ita & hominum actus, cuius detecti ſunt. Igitur tanti tẽporis vſucapío in iis ſeruitutibus, quæ nec actione, nec natura perpetuam poſſeſſionis cauſſam habent, cõſtituta eſt: cuius initij memoria nõ extaret. Quandoquidem ſi in amittenda ſeruitute, cuius poſſeſſio non erat continua, re tametſi ad libertatem priſtinam redeunte, tempora conduplicata comperiuntur [l], quanto magis quærendæ ſeruitutis & libertatis extinguẽdæ tempus, in longius producendũ
2 fuit. Quod ſine aduerſarij ſcientia ſufficere propter tanti temporis ſpacium exiſtimatum eſt, cuius poſſeſſio iuris conſtituti vicem obtinet [m]. † Verũtamen ſi à tertio cauſſam bona fide (quæ tum præſumitur) is qui ſeruitutes huius generis prę̃ſcribit habuerit, veritati cõſentaneum eſt, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, tẽpus [n] ſufficere. Idémque erit, ſi à præſcribente fortè aliquid annuum ſeruientis fundi domino, aliúdue aliter ſolutum fuiſſe cõſtiterit, vnde
3 tacitus illius cõſẽnſus præſumi poſſit [o]. Nẽpe ſi ab eo qui pecus in fundo tuo paſceret, inde aliquid acceperis. Meminiſſéq; oportet negatiuarũ ſeruitutũ vſum, non niſi à prohibitione incipere [p]. Affirmatarum verò ex factis multiplicibus [q] colligi, quorum certè æſtimatio, in boni prudentíſque iudicio arbiter reſidet.

l l. ſi ſic. ff. quẽad. ſer. amitt. & l. vlti. C. de ſerui. & aqua.

m l. hoc iu͂re. §. ducta aquæ. ff. de aqua quot. & æſti.

n l. vlti. C. de præſcri. lõg. temp.

o Vide Guid. pa. q. 473.

p l. qui luminibus. & illic Accur. ff. de ſerui. vrb. præd.

q Bar. in l. i. ff. de itin. act. pri. & Fab. hic.

† Scimus Longouallium ad l. imperium longè aliter ſenſiſſe, & id quidẽ ſubtiliter & doctè, quem è neotericis, nõnulli ſecuti ſunt. Nos receptiorem opinionem interpretum ferè omnium ſecuti ſumus, & æquiorem quaque in foro utimur.

† Iuris pontificii interpretũ fixa eſt opinio, pro quibuſcũque ſeruitutibus præſcribendis .xl. annorũ tempus eſſe neceſſarium, idque cum cauſſæ idoneæ, ſeu tituli allegatione, licet non probetur, niſi ius ipſum præſcriptioni obſtaret: quia tum tanto tempore (cuius initii memoria nõ extet)
4 *eſſet opus. Guido papæ. q. 407. & q. 408.*

Sed iſtæ quidem

SEd (vt è diuerticulo in viam redeamus) iſtæ quidẽ in rem actiones, quarum iam meminimus, & ſi quæ ſunt eis ſimiles, ex legitimis, ac ciuilibus cauſſis deſcendũt, directè ſaltem. Nam quòd ad vtilem rei vendicationem attinet, quæ aduerſus eum, qui dolo poſſidere deſijt, datur: Prætoriam eſſe magis eſt. Nempe ad exemplum ciuilis actionis Prætoris beneficio inuentã [r]: quæ propterea
5 tamen annalis exiſtimanda non eſt. Nam non tam aduerſarij dolo qui prætorias actiones annales facere ſolet, [ſ] quàm actoris dominio reíque perſequutioni inſtar directæ vendicationis nititur. Ciuiles enim actiones exiſtimandæ ſunt, quæ ex l. xij. tabularum, plebeſcitis, ſenatuſconſultis, reſpõſis prudentũ, cõſtitutionibúſue

r l. electio in princ. ff. de noxal.

ſ l. in honorariis. ff. de actio.

Caſtigationes eorum quæ viſa ſunt, vel deeſſe, vel aliter eſſe reponenda

Folio.2.pagina.2.verſ.3.vbi legitur certum,lege cæterum. Eadem pag.verſ.16.pro poſſeſsionum,lege poſſeſsionem. Eadem pag.verſ 29.pro qui,lege qua. fol.5.verſ.1.pro ea,lege eas. ibidem verſ.2.pro non,lege aut. ibidem verſ.3, pro aut,lege non. ibidem verſ.35.illic decem annos,dele annos. fol.6 pag.1.verſ.23.pro iudicio,lege iudicis. ibidem verſ.ſeq.pro arbiter,lege arbitrio. ibidem verſ.vlt.pro plebeſcitis,lege plebiſcitis. fol.9.pag.1.verſ.7.pro vſus,legendum huius. Eiuſdem fol.pag.2.verſ.4.ante eo addendum ex. verſ.ſeq.demendum. fol 10.pag.2.ver.15.pro fructum,lege fructuum. ibidem verſ.19.pro imectarũ,lege inuectarum. fol.11.pag.2.pro enim,legito eum. verſ.2.proxime ſeq.pro fuiſſet, fuiſſe legendum eſt. fol.14.pag.1.poſt dictionem ſeruorum addendum eſt, aut. eadem pag. verſ.35.pro interdum,lege interea dum. fol.eodẽ pag.poſteriore ver.20.pro minorive,lege dominove. fol.16.pag.1. verſ.22.poſt dictionem aduerſus,adde eum. eadem pag.verſ.31. pro purgationum,legendum purgationem. folio 17. pag.1.verſ.11.pro amplioribus,legendum à pluribus. ibidem verſ.33.pro poſsit ,legendum poſſe. pag.poſteriore. verſ.5.pro concidere,concedere. fol.20.pag.1.verſ.21.pro conſtari,lege cõteſtari. fo.21.pag.1.verſ.12.pro repetares,lege repetas. fol.22.pag.1.verſ.16.pro obuiam,lege obuium. eadẽ pag.ver.29 pro raro,lege rato. fol.23.pag.2 verſ.6.pro effietum,lege effectum. pag.eadem,verſ.16.pro quam,quem legito. fol.24.pag.1.verſ.15.poſt quam,adde vt. fol.25.pag.1.verſ.16.pro propinquiorum,lege propinquorum.ibidem,pro tuberionis Tuberonis. poſteriore pagina,eodem fol verſ.1.pro ibi,lege vbi.eodem verſ.dele negatiuam,non,ante verbum dirimere,& eam poſt idem verbum addito.pag.ead.verſ.16.pro exigerint,lege exegerint. eadem pag in priore ſectio ſolere,lege pro ſoluere fo.26 pag.1.verſ.20.lege vſurarum pro vſuarium. fol.27.pag.1.verſ.34 pro collocantem, lege collocatũ. pag.poſteriore verſ.1.adde copulatiuam,&,ante malorũ. eadem pag.verſ.7.pro Franciſeos,lege Francicos. ibidẽ ver.11.pro vinãt lege vinei. ibidem verſ.29.poſt dictionem metum, Hæc deſunt.non aduerſus bonos mores paſſus fuerit ſed eum.ibidem verſ.penul.cæteros pro cæteris legendum. folio.30 pagina.2.verſ.22 dinumeret,legendum pro dinumerat.folio.31. pag.1.verſ.33.pro ſolutio,lege ſoluto. fol.33.in fi.ſcolu,pro aliter,lege alter. fol.38.pag.1.verſ.34.pro dedictionẽ, lege deditionem. fol.39.pag.1.verſ.9. pro æſtimationis,lege exiſtimationis. pag.poſteriore, ver.5. pro dominũ,lege donum. fol.40.pag.2.verſ.10.lege proprii loco priorii. fol.42.pag.1.ver.2.pro quod,lege quando. fol.44.pag.1 verſ.4.pro habere,lege habeat. ibidem verſ.30.pro ordine,lege ordinem. fol.45.pag.2.verſ.27.pro iudicium,lege præiudicium. fol.52.pag.1.verſ.19.lege illectum pro alletum. folio.53.pag.1. verſ.16.pro exorſerit,lege extorſerit. fol.54.pag.1.verſ.11.pro diſſolutio lege diſſoluitur. fol.63.pag.1.verſ.26.pro eam ipſam,lege de ea ipſa. folio.65. pag.1.verſ 13.pro flumen,lege flumine. ibidem verſu.20.pro cauſſam, lege cauſſa. fol 67.pag.1.verſ.12.lege tenentur loco vtuntur. ibidem verſ.14.dele tenentur.

ACtio nihil aliud eſt, quàm ius perſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur:Et in rem,aut in perſonam eſt:In perſouam quando cum eo experimur, qui nobis obligatus eſt. In rem vero, quoties rem quã poſtulamus,iure dominij ad nos pertinere dicimus:Quæ tum pro rebus corporalibus vendicãdis,aduerſus poſſeſſorem,tũ pro incorporalibus confeſſoria, aut negatoria, poſſeſſori competit. Et hæc quidem ius ciuile introduxit. Quibus prætor alias veluti ſubſidiarias adiunxit,tam in rem quàm in perſonam. Et primùm quidem in rem, Publicianam actionem,& Reſciſſoriã: quæ quaſi ex dominio,præter iuris ciuilis conſtitutionẽ dantur. Deinde Paulianam,Seruianam,& quaſi Seruianam:quæ iure obligationis, nõ dominij, competunt In perſonam vero actionem de conſtituta pecunia,ex nuda conuentione,ſublata receptitia. Actionem item de peculio, ex alterius obligatione. Actionem in factum,ex iureiurãdo, nulla quaſita obligatione ciuili: Et pœnales actiones,quas ex ſua iuriſdictione propoſuit:atque Præiudiciales actiones,quæ licet in rem eſſe videantur,revera tamen non ſunt:Quandoquidẽ nihil vendicant,ſed de perſonę tantũ ſtatu,aut agnoſcẽdo partu,per eas agitur. His etenim perſonalibus actionibus dari aliquid, id eſt,dominiũ eius transferri,aut fieri petitur. Vnde fit vt per eas id quod iam noſtrum eſt minimè peti poſsit Excepta cauſſa furum,quorum odio vt pluribus actionibus tenerentur,effectũ eſt,vt tam condictione,q̃ rei vendicatione teneantur. Eſt enim actio in rem,propriè vendicatio:In perſonã autem actio,condictio.

Porrò oẽs in rem actiones,atq; etiam in perſonã,ſi ex contractu naſcuntur, rei perſequutionem habent:Sinuero ex maleficijs,interdũ pœnæ tantum perſequutionem,vt actio furti:interdũ vtranq;,& pœnæ, & rei perſequutionẽ habent,vt vi bonorum raptorũ,actio legis Aquiliæ,& ea quę contra eos qui relicta piis locis dare diſtulerint dantur. Cęterũ ex reali,perſonaliq; actione quædam actiones miſtæ conficiuntur:vt familiæ erciſcundæ actio communi diuidundo,& finium regundorum. Súntq; oẽs actiones,aut in ſimplum conceptæ, quales ſunt omnes rei perſequutoriæ:Aut in duplum,vt furti manifeſti legis Aquiliæ,rei, tumultus,incendij,ruinæ,aut naufragij cauſſa depoſitæ:vel quæ ex eo quod venerabilibus locis relictũ eſt,cõpetit. Aut in triplũ,

quum maior veræ æſtimationis quantitas libello inſeritur, vt maiorē ſportularum ſummam reus luat. Aut in quadruplum, vt furti manifeſti, De eo quod metu cauſſa factum eſt,& de pecunia calumniæ cauſſa data,ex legéq; condictitia. Deinde ſunt & actiones quędam bonæfidei,in quibus bona fides plus q̃ in aliis exuberat: vt ex empto,vendito,locato, conducto,negociorum geſtorum,mandati,depoſiti,pro ſocio, tutelæ,commodati, pigneratitia,familiæ erciſcūdæ,cōmuni diuidundo,præſcriptis verbis,quæ de æſtimato proponitur, & ea quę ex ꝑmutatione cōpetit: hęreditatis petitio, Actióq; ex ſtipulatu,quę de dote cōpetit,rei vxoriæ actione ſublata. Quædam verò ſtricti iuris,vt reliquæ omnes non numeratæ Actiones, in quibus vtriſque compenſatio hodie æquè locū habet.Sed & arbitria iudicum in actionibus ſtricti iuris neceſſario inuēta fuerūt,quibus id iudices ſuppleant, quod actionis natura minimè ꝑmittit,Vnde & Actiones quæ Arbitrariæ ideo dicuntur,introductæ ſunt.

Tandem actione mota,etiam ſi de incerta re,aut quantitate actū fuerit, iudicis erunt partes,vt certam ſententiam ferat.Etſi cognouerit actorem re, tempore,aut loco,aut cauſſa plus petiiſſe,ſi minor quidem ſit,cauſſa cognita, facilitate lapſo ſuccurrendum erit.Sinautē maior,neque idonea cauſsa iuſti erroris interuenerit,non vt olim cauſſa cadat:ſed ſi quid tempore plus fuerit petitum,induciæ duplicandæ erunt.Si re,loco,aut cauſſa,omne dānum quod ex ea cauſſa acciderit,cum tripli condemnatione ei à quo petierit ſarcire iubeatur. Quod ſi ex aduerſo minus petiiſſe actorem conſtiterit, petentem in eodem iudicio poſtea reliquam ſummā admittere debet, & in eandem, eodem quoque iudicio condemnare. Verùm ſi aliud pro alio intenderit, eodem etiam iudicio cognita veritate errorem ſuum corrigere minime vetabitur. Denique non ignoret iudex,quod quemadmodum ſunt actiones, quibus ſolidum quod nobis debetur perſequimur: eodem modo etiam eſſe,quibus modo ſolidum, modo minus conſequimur:vt in peculio filij,ſeruíve,cuius noīe pater,dominúſve peculiotenus tantum cōdemnandi ſunt.Item ſi de dote mulier aduerſus virum,aut ſi cum parente,vel patrono,filius,vel libertus,aut ſocius cum ſocio iudicio ſocietatis experiatur,aluíſve ex donatione ſua conueniatur: ij omnes inquantum facere poſſunt tantummodo tenentur.Compenſationes quoque oppoſitæ, & bonorum ceſſio,efficiunt vt non ſolidum conſequamur

Petri Plateani Angolæi, in ſummo tributorum vectigaliúmque tribunali Lutetiæ Pariſiorum Regij patroni, Paraphraſis in titulũ de Actionibus, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.

1 QVONIAM hactenus de obligationibus dictũ eſt, conſequens eſt, vt illarum vim effectúmque explicemus (nempe actiones) quas obligationes ipſæ [a] pariunt, & quæ obligationum etiã vincula tutantur. Parum enim eſſet de perſonis earundemque dominiis & obligationibus vidiſſe, niſi & de actionibus, quibus perſonæ ipſæ dominia, obligationéſque ſuas tuentur & conſeruant, diceremus. Vnde appellatæ ſunt actiones, quòd ad iudicia eos agamus, à quibus nobis
2 aliquid quocunque modo debetur. Actio autẽ nihil aliud eſt, quàm ius quoddam, ſeu libera quædam facultas perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. Atque omnem omnino actionem ex quacũque obligationis cauſſa quid debeatur, propter quam lex agere nõ prohibeat, hac diffnitione comprehendimus, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſsi fuerit perſequutio [b]. Nã & perſequutionis verbum omnes apud iudicem poſtulationes tam ordinarias, quàm
3 etiam extraordinarias complectitur, ipſáſque officij iudicis implorationes, quæ actionum inſtar obtinent [c]: quod tamen iudicis officium tum implorari animaduertendum eſt, cum ſolida vel expreſſa deeſt obligatio, aut ſummo iure actio, quam tamen competere æquitas ſuadet: vt ſi te ſolum hæredem meum damnauero vti mo-
4 numentum certa pecunia facias, nullam obligationem ea ſcriptura recipit: ad ſupremæ tamen voluntatis obſequium iudicis officiũ te compellet [d]: Aut ſi ingratum libertum in ſeruitutem reuocare volueris, quia nulla actio ſtricto iure competit, extra ordinem iudicis officio id curandum [e] erit. Interdicta quoque actionis verbo
5 continentur [f], de quibus ſuo poſtea loco dicturi ſumus in iudicio tamẽ perſequutionem arctauimus, propter ea quæ vel extra iudicij limen ſine actione legitimè perſequimur: veluti debitorem qui fugam parat, quem propria authoritate conſequi & apprehendere

Supereſt vt de Actionibus.

a l. Licet. §. ea obligatio. ff. de procuratorib.

b l. Pecuniæ verbũ, in fin. ff. de verb. ſigni.

c l. actiõis verbo. ff. de actio.

d l. hæreditas. ff. de peti. hæredit.

e l. i. C. de libert.

f d. l. actionis verbo.

poſſumus, pecuniámque ſecum deferentem vſque ad concurren- 6
tem debiti ſummā auferre, ſi iudicis adeundi facultas deſit. Cæterum ſi adſit, creditorem de ſuſpitione fugæ, ſaltem iureiurando prius docere debere verius eſt, & curare vt de debito iudici antea liquidò cõſtet. [g] At generaliter id quod deberi ſibi quiſque putat, per actionem & iudicem repoſcere debet, non ſibiipſi ius dicere: Ne alioqui diui Marci decreto † ius crediti p-
dat. [h] Porrò admonendi ſumus actiones ipſas 7
ſtatim cum legibus videri proditas, initio quidem rudes & ſimplices, & in quibus rectè diligentérque concipiendis non tam laborabatur, quàm tota res ipſa iudicis arbitrio committi videbatur (Nondum enim legitima agēdi ſeries ante xii. tab. leges cõtexta fuerat) Quibus poſtea habenę iniectæ ſunt, certæque formulæ ea ſeueritate cõ-
poſitæ, vt qui à præſcriptis verbis tantillum recederet, formula ſta- 8
tim excidiſſe diceretur, qui verò extra cauſſam petiiſſet, cauſſa caderet: iure quidem agendi antea, vt tum neceſſe erat à pontificibus impetrato, qui & conſulendi erant quibus diebus agi poſſet. Poſtea ea euerſa ſeruitute, Cn. quidem Flauii opera, qui ſubreptis App. Claudij libris cornicum oculos configens, formulas deſcripſit & diuulgauit, [i] paulatim neceſsitas hæc tanta eſſe deſinebat: Et tranſlata à pontificibus in prætores dandæ actionis poteſtate, manentibus interea vſque ad diui Conſtantini tempora impetrationum & for-
mularum reliquiis, is primus formulas huiuſmodi tanquam per ver 9
borum captiones inſidiantes ſuſtulit. Deinde diuorum Theodoſij & Valentiniani temporibus impetrationes etiam funditus euerſæ ſunt. Proinde nunc ſatis eſſe conſtat, ſi rei negotióque propoſito, actionem aptam conuenientémque propoſuerimus.

g l. ait prætor. §. ſi debitorē. ff. quæ ī frau. cred. & illic Bart. & Iaſ. in. l. ii. ff. ſolu. ma.

† Eo diui Marci decreto hodie nō utimur quātum ad id attinet, ut quis ius crediti perdat.

h l. extat ff. de eo quod met. cauſa.

i l. ii. ff. de orig. iur.

Omniū autē actionū.

Verùm cùm ita ſit finitionē cuiuſque rei diuiſione multum ap-
iuuari: Omnium actionum ſummam præcipuámque diuiſio-
nem in duo genera partiemur, earum (inquam) actionum quæ 10
aduerſus aliquē apud iudices de quacunque re mouentur, aut etiam apud arbitros, quando & arbitria inſtar iudiciorum redacta [k] ſint. Sūt ergo actiones omnes, aut in rem, aut in perſonā, quibus eas etiā quæ miſtam cauſſam habere videntur, complectimur: ſed de his ſuo poſtea loco dicetur. Certum eſt enim, vt ordinem retroagam, agere vnumquenque, aut cum eo qui ei obligatus eſt, aut cū eo qui non

k l. i. ff. de recep. arbi.

1 eſt ei obligatus, mouetur tamen eidem de re aliqua controuerſia. In
priorem caſum proditę ſunt in perſonā actiones, ſic appellatę, quòd
vtriuſque perſonæ tam actoris quàm rei cohæreant. Aduerſus eum
nanque hæc actio locum habet qui obliga-
tus eſt, ſiue ex contractu, vel quaſi ex contra-
ctu, ſiue ex maleficio, vel quaſi ex maleficio
obligatio ſit: cuius tamē certa ſemper ſpecies
in promptu nulla dilatione quæſita nomina-
2 tim † exprimi debet, vt perinde ſciat reus ex
qua cauſa cōueniatur, [l] & an cedere vel con
tendere vltrà debeat. His enim caſibus pro-
ditæ ſunt in perſonā actiones, quibus his qui
experitur, aduerſarium ei aliquid dare aut fa-
cere oportere intendit, aut aliud etiam aliis modis petit. Nempe ſi
in eum proponat actionem, à quo aut infamatur, aut minis terre-
tur, vt deinceps vel deſinat vel agat. [m] Atque alia pleraque quæ
3 ex variis cauſſarum figuris enaſci poſſunt. In eum verò caſum quo
obligatus non eſt is quo cum agimus, ſed de re aliqua controuerſia
mouetur: in rem ſunt actiones propoſitæ, quæ nullo penitus obli-
gationum vinculo nituntur, ſed per eas rem noſtrā quæ ab alio poſ-
ſidetur petimus, ſempérque aduerſus eum eſt qui rem poſſidet. [n] Vt
ſi rem ſingularem poſſideat aliquis, & quæ hominum commercio
exempta non ſit: veluti rem ſacram, religioſam, liberámque perſo-
nam: aut vniuerſalem, vt gregē, armentū, & equitium, [o] cuius qui-
4 dem rei ab alio ſic poſſeſſæ Titius dominum ſe eſſe cōtendat, con-
trà quoque poſſeſſor id affirmet (quanuis & hoc neceſſe, vt mox di-
cetur, non ſit) Titio, qui rem ſuam eſſe intēdit aduerſus poſſeſſorem
nulla obligatione vinctum, in rem datur actio. Nam non id inqui-
rimus, vt ſciamus an alicui ea competat actio, vtrum is qui agit ob-
ligatum eum habeat quem conuenit, ſed an eius rei quam petit do-
minus quocunque [p] modo ſit, ſiue directum ſit quod habet domi-
niū, quod quidem verius firmiúſque dominium eſt: ſiue vtile, quale
5 habent hi qui vectigalem fundum in perpetuum fruendum condu-
xerunt: [q] vel etiam ceſſum. Id enim noſtrum iure videtur, quod vē-
dicare [r] poſſumus. Neque propterea vēdicare prohibemur quod a-
bire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio aliqua extiterit, propter
quam reſtituenda res ſit. [ſ] Qui etiam principio dominus non fuit,
non ideo minus rectè quid ſuum eſſe vendicat, ſi nouum dominii

† Edendæ exprimēdæque actionis neceſsitas iure ciuili manſit, ſed ea pōtificum decretis ſublata eſt. Secundum quæ nihil amplius hodie exigimus, quàm petitionem aptā, quà liquere poſsit quænam actio intendatur. cap. dilecti. extra de iudi.

l l.i.ff. de edend.

m l.diffamari.C. de ige.& ma.

n l.Actionum genera.ff. de actio.

o l.i.ff.de rei vendic.

p l.in rem ff. de rei vendica.

q l. vnica. ff. ſi ager vectig.

r l. Quintus Mutius. lib.ii.§.argēto.ff.de aur.& arg.

ius acceſſerit, ſaltem ſi cùm agere cepiſſet, nullam certã ſpecialémque cauſſam dixerit, & ex eadem dominium ſuperuenerit. [t] Verùm qui aduerſarii facto dominus eſſe deſiit nihilo peius agit. [v] Certum quemadmodum rei petitæ dominium in actore quæſiuimus, ſimili modo etiam in reo poſſeſſio quoque deſideranda erit. Ideo qui hac actione vti vult, ne fruſtra experiatur, requirendum eſſe ſibi exiſtimet, an is cum quo actionem inſtituit, poſſeſſor ſit nécne, [x] nec ad 6
rem pertinebit, ex qua cauſſa poſſideat, cùm ab omnibus qui tenent 7
habéntque reſtituẽdi facultatẽ, peti poſſit. [y] Quin eum quem proprietatis iudicio pulſamus, & aduerſus quem in rem actionem exercemus, poſſeſſorem agnoſcimus: Qui enim ad agendum procedit, prius rem apud ſe diligenter explorare debet, meritóque ei imputandum eſt (vtcunque ſe res habeat) cur vendicationem elegerit. Et ideo ſi is cui proprietatis quæſtio à te mota eſt, interim controuerſę rei poſſeſſione frui à te prohibeatur, rectiſſimè ob 8
interpellatam eo modo poſſeſſionum interdicto vti poterit. † Eſt tamen cuique liberum in rem actionem non pati, ſi ſe non poſſidere dixerit, ea pœna mendaci impoſita, vt ſtatim atque de mendacio fuerit conuictus per iudicem, poſſeſſio in actorem transferatur, licet rem ſuã eſſe nõ oſtenderit. [a] Neque cum eo tãtum qui poſſidet, ſed & qui poſſidere dolo malo deſiit, conſtituitur hoc [b] iudicium: quin etiam cum eo qui ſine dolo poſſidere 9
deſiit, ſiquidẽ prima eius poſſeſſio vitioſa cõperta fuerit, quia per vim aut clàm adepta ſit. [c] Is autẽ qui cùm nõ poſſideret, nec dolo feciſſet: quominus poſſideret ſe, liti vt poſſeſſor [d] obtulit, lite demum cum eo cõteſtata, in rei ęſtimationem condemnandus erit, qui etiam cõſequuta ab eo qui ſe dolo [e] obtuliſſet, non prohibetur iterum dominus rem ſuam à vero poſſeſſore vendicare. Ante litis verò cõteſtationem, is qui ſine poſſeſſione ſe liti obtulit, diſcedere poteſt: Neque lite etiam conteſtata aliquid ab eodem do- 10
minus conſequetur, ſi non poſſeſſorem eundem ſciuerit, quãdoquidem à ſeipſo magis quàm ab alio deceptus ſit, qui aduerſus eum qui non poſſideret, ſciens prudénſque egerit [f]. Poſtremò curabit is cui hac actione vtẽdum erit, vt rem quàm petit, ſpeciatim & apertè deſignet, & vtrum totam an partem & quotam petat. Nam & infectę materiæ põdus, ſignatæ nunerum, factæ autem ſpeciem dici oportebit

† Atque hodie de interpellata eo modo poſſeſſione rectè excipiet, ne in ea proprietatis lite pergere cogatur, donec ei uacua poſſeſſio permiſſa ſit, conſt. Caról. 7. quod arreſto comprobatum eſt die ultima Aprilis, 1532.

t cap. abbate ſanè, de re iudi. in. vi.

v l. ſi poſt ſuſceptum. ff. de rei vẽ.

x l. qui petitorio. ff. de rei vẽd.

y l. officiũ ff. illo tit.

a l. vlti. de rei ven. ff.

b d. l. qui petitorio.

c l. ſi tu me vi. ff. de vi & vi ar.

d cap. examinata, & ibi Panor. de iudi.

e Fely. in c. aduerſario, extra de excep.

f l. is qui ſe obtulit. ff. de re vend.

1 tebit,menſurámque ſi res menſura contineatur. Nomē etiam hominis ſi petatur, quòd ſi ignoretur,demōſtratione vtendum erit. Rei denique quę petitur,dominium exprimēdum erit,quale ſit,directúmne,vtile,an ceſſum,vt ſecundum ea quæ proponentur,dominum te declarari per iudicem,rémque reſtitui petas g. Deniq; ſublata eſt omninò vetus illa formula,quæ in his iudiciis olim ſeruabatur.Nempe ſi de re mobili quæſtio eſſet,litigatores apud Prętorem manu ſimul rem exhibitam pręhendebant,ſolennibus ver-
2 bis rem vendicando,quibus propriā eſſe quiſque aſſerebat.Sin verò de fundo diſceptaretur,veniebant cum Prætore in rem præſentem, ibíque manus conſerebant,tanquam certi de qua tandem re quærebatur.Sed propagatis tādem Italiæ finibus,cùm in rem pręſentem venire Prętori difficilius eſſet,litigantes ex iure manu conſertum vocabant,id eſt,alter alterum in rem de qua pugnarent,ad conſerendum manus vocabat,& ſimul in eum locum profecti glebam fortè vnam in ius ad Prętorem deferebant,vbi iudicum certa quadam & pręſcripta formularum conceptione ſuperſtitioſa cum multis ambagibus peragebatur h. Quæ hodie omnia ab vſu receſſerunt,actorémque tantum eſſe oportet, qui rem de qua quæritur, vendicet,& ſuā aſſerat:nō etiam,reum penes quem(vt antea monuimus)ſola poſſeſſio ſufficit.Si tamen fundū controuerſum reus
3 agnoſcere ſe inficias eat,in rem pręſentem cum iudice vel apparitore perducendus erit,vt ei pręſenti certa fundi demonſtratio fiat, niſi de ea re cōtrouerſia eſſet, quæ ex genere vel vniuerſo conſtat,
4 aut alia quadam ratione nō facilè oculis ſubiici poteſt, nempe hæreditas.Sin autem tempore illi cōſtituto minimè adſit, demōſtrationis duobus ſaltem finibus circūſcriptæ elogium fiet, quo poſtea exhibito reus ſummotis priſcis ambagibus pergere iubetur.

g l.ſi in rē ff.de rei vē.

h Aul.Gel. lib.7.c.vlt.

Aequè ſi agat quis.

PORrò ſciendum eſt in rem agi poſſe non ſolùm pro rebus corporalibus,in quibus ſolis exemplum poſuimus, ſed etiam pro incorporalibus,& id quidem confeſſoriè aut negatoriè. Nam quan-
5 tum ad eas actiones attinet,quæ non ſeruitutis tuendæ,ſed conſtituendę nomine cōpetunt,& ex teſtamento fortè vel cōtractu,nec niſi aduerſus eum qui obligatus eſt, vel eius hæredem inſtituūtur, hìc non agimus.Confeſſoriè autē,hoc eſt,affirmatiuè,tam de corporalibus,quàm de incorporalibus agitur,nō quòd ipſa confeſſoria actio quemadmodum pro ſerūitutibus & iuribus introducta i

i l.ii.ff.Si ſeru.vend.

lz l.pen.ff. ſi vſuſfru. pet. eſt,& poſſidenti [k] datur:ita eadẽ ꝑ rebus corporalibus dari poſſit, 6
Negatoriè verò in incorporalibus tantùm agitur. Quoties nanq; rem aliquam noſtram eſſe dicimus,confeſſoriè & affirmatiuè agimus de quauis re quæſtio ſit. Sed quãdo ius aliquod veluti ſeruitutem aliquam alteri negamus: negatoriè agimus, quod in corporalibus,ſicut poſtea dicetur,locum habere nullo modo poteſt. Cæterum res ipſa lucidior multo fiet, ſi eam exemplis oculo ſubiecerimus. Sicut igitur in rem actio (vt dictũ eſt) ei cõpetit,qui fundum aut rem aliquã(quæ corporalis ſit)vendicare velit, ita etiam æquè 7
i l.i. ff. ſi ſeru. vend. fit ſi quis ſeruitutis debitæ vel eius rei cui ſeruitus debetur,dominus [i] ſaltem vtilis [lz],aut etiam creditor,cui vtilis ſeruitutis petitio
lz l.in prouinciali. §. i.ff.de ope. no. nuncia. datur [l], ius ſibi eſſe in fundo agat, vt & in rem actio quoque ſit. Proinde confeſſoriè & ad fundum & ad ius in fundo agitur. Confeſſoria tamen actio cum ſua natura pro iure tantùm datur. Veluti ſi quis fortè dixerit ius ſibi eſſe ædibus vtendi,fruendi,quę ſeruitutes perſonarum dici poſſunt,quòd à re perſonæ ipſi debeantur.
l l.ei qui. ff. de ſerui. Item ſi quis petierit ius ſibi eſſe per vicini fundũ eundi, ambulãdi, 8
aut etiam agẽdi iumentũ,vel vehiculũ, vel ex fundo vicini aquam ducendi ad fundum ſuum: quæ ſeruitutes prędiorum ſunt & ruſticæ,de quibus antea ſuis locis mentionem habuimus. Verùm quid de vrbanis? Et ſanè eiuſdem generis conditioníſq; eſt de iure prædiorum vrbanorum actio. Nempe ſi quis agat ius ſibi eſſe altius ædès ſuas tollendi,quæ quidem facultas licet indiſcriminatim om-
m l. altius. C. de ſerui. nibus iure naturali conceſſa videatur [m], aliquando tamen ſolo iure ſeruitutis nititur,vt ſi domos aliquas propoſuerimus,quib⁹ certus modus dominorum conuentione, ſtatutóve municipali, aut 9
aliter prefinitus fuerit,vltra quẽ nemini liceat inuito vicino altius ædes ſuas tollere,tibíque poſtea vicinus id nõ ſolùm remiſerit, ſed & ædibus ſuis ſeruitutem impoſuerit,vt pati debeant te tuas ædes altius ædificatas habere. Si te ædificantem poſtea prohibuerit, hac actione meritò tibi ſuccurretur, qua dices ius tibi eſſe altius ædes tuas tollere,ídque mœro iure ſeruitutis propter conſtitutam à vicino ſeruitutẽ antea ſublata altius tollendi libertate, quoniam ad 10
hoc proponitur hæc actio tum cõfeſſoria,vt ſeruitutem quis ſuam eſſe propugnet, licet alioqui pro naturali altius tollendi libertate aduerſus turbãtem negatoria competat. Quemadmodum autem quædam eſt altius tollendi actio, ita contrà quoq; altera eſt, quam non deſtruendi,ſeu deprimendi ædificij dicere poſſumus: vt ſi vi-

cino

1 cino ſeruitutem conſtitueris ne ædes tuas deprimas aut deſtruas,
ea forſan ratione ne ſolis fulgor in ædes ſuas delabatur aut de-
uoluatur, quando ſolem non habere ſæpe ædificiis gratum [n] ſit. n l.ſi arbo-
Idem erit ſit ambulacra vicini tuis arboribus amœna & opaca rem.ff. de
fuerint, túque propterea de non cædendis aut tollendis arbo- ſerui.vrba.
ribus ſeruitutem illi conſtitueris [o]. Eſt & inter exempla ſerui- præd.
tutis vrbanæ confeſſoriæ ſeruitus proſpiciendi, quæ ius proſpe- o d.l.ſi ar-
ctus habet non ſolùm vt cœlum videatur, ſed etiam vt procul a- borem.
2 liena ædificia ſpectemus, ídque in proſpectu habemus, ne quid
nobis officiatur ad gratiorem aſpectum & liberum, maiórque eſt
hæc ſeruitus ea quæ ne luminibus officiatur prohibet, in qua hoc
ſolum venit, ne lumina obſcuriora fiant, tametſi cœlum videri
debeat. Nam & ex inferioribus locis ſicut proſpectus eſſe non p l. inter
poteſt [p]. Sed harum minima eſt ſeruitus luminum, qua ſolum ſeruitutes.
id acquiſitum eſſe videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat, & & l.lumen.
ſi cœlum non videatur. Sufficítque lumen præſtare, quo lucidior ff de ſer.
3 domus fiat [q]. Item eſt & ſeruitus vrbana, confeſſoria ſeruitus vrb.præd.
proiiciendi: Proiectum autem id intelligendum eſt, quod ita pro- q l.luminũ
tenditur vt nuſquam conquieſcat, cuiuſmodi ſunt Meniana, & illo tit.
Suggrundia [r], ſiue etiã podia penſilia, quæ extra domus parietem r l.malum.
prouehi ſolent inſtar pulpiti, quibus etiam in vicos & plateas plę- ff.de verb.
runque nobis eſt aſpectus. Propterea ſi proiectum aliquod ex mu- ſignif.
ro in domum tuam habuerim, id aduerſus prohibentem iure ſer-
uitutis tueri poſſum. Eadem ferè eſt ſeruitus immittendi, niſi
4 quod immiſſum dicimus quod ita porrigitur vt requieſcat, pro- s d.l.malũ.
iectum verò nuſquam requieſcit [s]. Si tigna igitur aut trabes in
domus tuæ parietem immiſſas iure ſeruitutis habuero, eã ſeruitu-
tem hac actione tueri mihi erit liberum. Ante omnia tamen qui t §.retinen
actione confeſſoria experiri voluerit, prius apud ſe diſpiciat, num dę, infra de
aliquo interdicto poſſeſſionem ſuam tueri poſsit, quandoqui- interd.
dem id longè illi vtilius paratiúſque futurum eſt [t]. Ex ad- *Et cõ-*
uerſo facile erit eiſdem exemplis agnoſcere inuicem quoque pro-
5 ditas eſſe actiones negatorias, non ſolùm in vſufructu, ſed eiſdem *trà quo-*
ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, atque vrbanorum, quibus *que.*
iura ipſa ſeruitutum alteri negamus, ídque aduerſario nunc non
eſſe liberum, quod fortaſſis aliquando fuit: vt ſi quis intendat ius
non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, ambulandi, agendi iu-
mentum vel vehiculum, aquámue ducendi, altius tollendi, impu-

v l.i.ff. ſi ſerui.vend. gnando quippe id quod alioqui facere erat liberum, niſi ea antea 6
(vt diximus)libertas ſublata eſſet. Item proſpiciendi etiã, vel pro-
x d.l.in prouinciali. ff. de ope. no. nunc. iiciendi immittendíve. Quæ quidem actiones ſoli veróque domi-
no rei, cui ſeruitus deberi contenditur, aut negatur, directè com-
petunt v. Vtiles verò eis qui vtile habent dominium x. Itémque
creditori y. Quoad fructuariũ verò attinet, viſum eſt contentũ eũ
y l.ei qui. ff. de ſerui. eſſe debere ea actione, quam ſui vſufructus nomine habet, vt per
hanc ſi non patiatur vicinus eundem vti aut ſeruitute, aut liberta-
z l.i. ff. ſi vſusfr.pet. te, teneatur, quaſi non patiatur vti frui z. Ex his ergo quæ dixi- 7
mus, conſtat confeſſoriè agi poſſe, tum de rebus corporalibus,
Quod genus actionis. tum de incorporalibus. Cæterum negatoriæ actionis genus in
controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt, eiúſque rei ra
tio duplex eſſe poteſt. Nam quicunque cum aliquo agit ex eo iure
quod habet, cauſſam ſuã iudici probare debet, rem videlicet quam
vendicat, ſuam eſſe: neque dicere ſatis erit rem ipſam aduerſarij
non eſſe: quoniam id quod meum non eſt, tuum propterea eſſe
exiſtimandum non eſt a, imò ſi neque tuum, neque aduerſarij 8
a l.vlti.C. vnde vi. fundum eſſe apparet, is tamen vincet eo quidem iure, quo po-
tiores poſſeſſores ſunt, licet nullum ius b habeant, per regulam
b l.vti frui ff. ſi vſusfr. peta. qua dicere ſolemus in pari cauſſa meliorem eſſe poſſidentis con-
ditionem. At in incorporalibus longè aliter eſt, in quibus etſi
negatoriè agatur, verbáq; ipſa negatoriæ actionis in negationem
ſonent, ipſe tamen effectus actionis cõfeſſoriæ eſt. Perindéq; de eo
qui ſeruitutem negat dicendum venit, ac ſi fundum ſuum eſſe libe
rum diceret c. Eſt & altera ratio cur hoc genus negatoriæ actionis 9
c ex inſtit. Theophil. in corporalibus locum nõ habet: Nam ea actio negatoria domino
& poſſeſſori fundi competit, qua liberum & non ſeruum eſſe fun-
dum noſtrum dicimus quem poſſidemus. Idque pro rebus incor-
poralibus. Sed pro corporalibus is ſemper agit, qui non poſſidet,
Nimirum corpus quod alter poſſidet vendicans, neque ei qui poſ-
ſidet, actio vnquam prodita inueuitur, per quam neget rem acto-
ris eſſe, quandoquidem non actione, ſed exceptione ius ſuum tue-
Sanè vno caſu. ri magis debeat. Licet interdum is qui poſſidet, nihilominus a- 10
ctoris partes ſuſtinet, vt ſi vſucapionem obiiciat qua liberari, at-
que in poſſ. relictum iri petat, ſicque probationis periculo ſeſe ex-
ponat. In miſtis etiam duplicibúſque iudiciis famil. herciſcundæ,
d l.in trib ff. de ind. comm. diuidundo, & finium regundorum vterque actoris vicem
gerit d. Volentibus nanque cohæredibus aut ſociis à communio-
ne-

1 ne diſcedere,viciníſque de finibus fundorum contendentibus par
omniũ cauſſa videtur,& intelligitur vterq, actor, quanuis vterque
poſſeſſor ſit,rémque quam poſſideat,petat [e]. Sicut diffuſius in am- e l.i.ff.fa.
plioribus Pandectarum libris,oportuniúſque manifeſtum eſſe po- hercíſc.
terit. Idem etiam in interdictis vti poſſidetis,& vtrobi, de quibus
poſteà pleuiùs dicetur. In quibus tamẽ omnibus negatoriæ actio-
nes propterea locum non habent. Quarum actionum euentus eſt,
vt victori res aut cautio iudicis officio præſtetur, res ipſa,hoc eſt,
2 vt iubeat aduerſarium iudex ſeruitutem præſtare & pati,aut liber-
tatem non impedire. Cautio verò vt iubeat cautionẽ de ea re præ-
ſtare,neque ſucceſſores ſuos poſthac aut ſeruitutem prohibituros,
aut libertatem etiam impedituros. Neutrum verò faciente eo qui
condemnatus eſt,tanti condemnandus erit, quanti actor in litem
iurauerit [f]. Neque ſolum pro ſeruitutibus his quas enarrauimus, f l.harum.
aut ſimilibus,ſed & pro quibuſcunque aliis iuribus aſſerendis aut ff.ſi ſeruit.
negandis,eædem actiones cõpetunt [g]. Hic ſanè locus exigit quo- vend.
3 niam de actione confeſſoria & negatoria diximus, quæ pro ſerui- g Ioã.Fab.
tutibus conſtitutis tuendis competunt,vt & harum conſtituenda-
rum rationem differẽtiámque, præſertim quæ temporis vſucapio-
nem reſpicit,nunc breuiter oſtẽdamus. Ita enim fiet,vt actionis v-
triuſq; natura,perfectius multò nota ſit. Præter ergo cõtractus cõ-
uentioníſq; rationem,qua ſeruitutes cõſtituuntur, ſi vſus accedat
qui pro traditione accipitur [h]: Acquiruntur & ſeruitutes tẽporis h l.quoties
vſucapione,idq; variè. Etenim ſciẽdũ eſt lege olim Scribonia ſub- ff.de ſerui.
4 latã fuiſſe eã vſucapionẽ,quæ ſeruitutes cõſtituebat [i], cùm hæ cor- i l.ſequi-
poraliter tradi,poſſideri,& capi vſu nõ poſſint. Vnde vſucapio no- tur §.vlt.ff.
mẽ ſortita eſt: Tũ quòd ipſę ſeruitutes,ceu libertati aduerſę,odioſę de vſucap.
ſunt. Tamẽ ex Prætorũ conſultorúmque interpretatione effectum
eſt,vt in his quoque quemadmodum & in corporalibus locum ha
beret vſucapio: atque ſi non rigida illa legis interpretatione verè
vſucapi poſſent,attamẽ vſucapi intelligerẽtur, ſed nõ vno codẽq;
modo. Seruitutum nanque aliquæ ſunt quæ perpetuã poſſeſſionis
5 cauſſam habẽt, vtputa quãdo rei alicuius perpetuus vſus eſt mini-
mè interpellatus, ſicut eſt aquæductus è perenni flumine,aut etiã
ſi ꝑpetuus vſus nõ eſt, naturalis tamẽ cauſſa miſta inuenitur, vt in
ſtillicidio: quæ licet aſſidua non ſit perpetuò tamen fieri intelligi-
tur [k]. In quibus decem annis inter præſentes & viginti inter ab- k l.foramẽ
ſentes vſucapionem conſtitui viſum eſt: adeò vt qui diuturno eo ff. de ſerui.
vrb.prædi.

vſu ſemel ea nactus fuerit, de iure ſuo docere neceſſe non habeat. 5
Sed vtilem ſtatim actionem habet, non confeſſoriam, aut negato-
riam, vt oſtendat per id tempus ſe non vi, nõ clàm, non precario
poſſediſſe [d]: eáque ſeruitute eſſe vſum, tanquam qui iure ſuo vti ſe
crederet [e]. quia ſi propter riui incommoditatem, nõ quia via pu-
blica erat interrupta, per confinem agrũ iter fecerit, ſeruitute tan-
quam ſua vſus non videbitur [f]. Et poſſeſſionis ipſius in hunc mo-
dum probatio ei qui vſucepit, incũbit: quia bona fides in iſtis ſer-
uitutibus acquirendis, propter naturalem rerum libertatem, haud 7
temerè præſumi ſolet. Neque enim Prætorum aut cõſultorum in-
terpretatio iam exploſam ſeruitutũ vſucapionem, ſine magna pru
dentique cautione reuocare voluit. Atq; ideò aduerſarij etiã ſcien
tiam probandam eſſe introductum [g] eſt: ſi in ea cauſſa quidẽ fue-
rit ſeruitus, vt eam furtim, & ab ignorante vſucapere facilè quem
potuiſſe credibile ſit. Nẽpe ſtillicidiũ ſi in ædes amplas, in quibus
ſtillicidia multa eſſent, ea fortè diligẽtia, à vicino appoſitũ fuerit, 8
vt id facilè ignorari potuerit: nónne domini ignorantiã excuſantis
ſcientia ſumma ratione probanda erit? Cæterũ ſi titulum lege non
interdictũ, ab eo qui ſe domiuũ putaret, habuerit (quia ſi à vero do-
no nulla vſus præſcriptiõe eſſet opus) ſciẽtiæ tũ probatio nulla de-
ſiderabitur [h]: ſed ei qui quaſi poſſeſſorẽ hunc ſeruitutis dixerit vi,
clàm, aut precario poſſediſſe, ꝓbationis onus incũbet. Meritò aũt,
quum perpetua ſit in his ſeruitutibus (de quibus loquimur) poſſeſ-
ſio ſufficere conſtitutum tempus aduerſus eum, in quem vſu ca-
pitur, placuit [i]. quia non facilè intelligitur quis non magnoperè 9
negligens, qui hàc perpetuam ſeruitutis poſſeſſionem aduerſam,
in ſuas ædes aut prædia ſua paſſus eſt. Verùm quãtum ad alias ſer-
uitutes attinet, quæ non perpetuam poſſeſſionis cauſſam habent,
ſed interuallatam: æquiſſimũ viſum eſt, ſi harum vſucapio in lon-
gius tempus produceretur: vt in ſeruitutibus quæ manu hominis
fiunt, neque naturalem cauſſam miſtam habent. Siquidem harum
poſſeſſio tam breui tempore, negligentiæ eum in quem præſcribi- 10
tur, minimè arguit: atque illarum quæ perpetuam poſſeſſionis
cauſſam habent. Plúſque vnius diei nos mouet continua poſſeſſio,
quàm ea interdum quam per decẽ annos, aut viginti annos lon-
gis interuallis intermiſſam quis ĩ ædes aut prædia noſtra exercuit.
Deinde non ſicut naturales cœli aut elemẽtorum cauſſæ, quæ om-
nibus ex æquo patent, & propterea pe petuæ exiſtimatæ [k] ſunt,
ita &

d l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vend.

e l. vlti. ff. quẽad. ſeruit. amitt.

f l. i. §. Iulian⁹. ff. de tit. actúque priua.

g l. ii. C. de ſeruit. & aqua.

h Paul. de Caſtr. in d. l. ii. C. de ſeruit. & aqua. Bar. in l. i. §. hoc ĩterdicto. ff. de itine. actu. priua.

i d. l. ii. C. ſeruit. & aqua.

k d. l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. prædi.

1 ita & hominum actus, cuius detecti ſunt. Igitur tanti tēporis vſu-
capio in iis ſeruitutibus, quæ nec actione, nec natura perpetuam
poſſeſſionis cauſſam habent, cōſtituta eſt: cuius initij memoria nō
extaret. Quandoquidem ſi in amittenda ſeruitute, cuius poſſeſſio
non erat continua, re tametſi ad libertatem priſtinam redeunte, l l.ſi ſic.ff.
tempora conduplicata comperiuntur [l], quanto magis quærendæ quēad.ſer.
ſeruitutis & libertatis extinguēdæ tempus, in longius producendū amitt. & l.
fuit. Quod ſine aduerſarij ſcientia ſufficere propter tanti tempo- vlti.C. de
2 ris ſpacium exiſtimatum eſt, cuius poſſeſſio iuris conſtituti vicem ſerui. & a-
obtinet [m]. † Verūtamen ſi à tertio cauſſam qua.
bona fide (quæ tum præſumitur) is qui ſerui- m l.hoc iure.§. ducta
tutes huius generis prȩſcribit habuerit, veri- aquæ.ff. de
tati cōſentaneum eſt, decem annorum inter aqua quot. & æſti.
præſentes, & viginti inter abſentes, tēpus [n]
ſufficere. Idémque erit, ſi à præſcribente for- n l.vlti.C. de præſcri.
tè aliquid annuum ſeruientis fundi domino, lōg.temp.
aliúdue aliter ſolutum fuiſſe cōſtiterit, vnde
3 tacitus illius cōſenſus præſumi poſſit [o]. Nē- o Vide Guid.pa.q.
pe ſi ab eo qui pecus in fundo tuo paſceret, inde aliquid acceperis. 473.
Meminiſſéq; oportet negatiuarū ſeruitutū vſum, non niſi à prohi-
bitione incipere [p]. Affirmatarum verò ex fa- p l.qui luminibus. &
ctis multiplicibus [q] colligi, quorum certè æ- illic Accur.
ſtimatio, in boni prudentíſque iudicio arbi- ff. de ſerui. vrb.præd.
ter reſidet. q Bar. ī.l.i. ff. de itin. act. pri. & Fab. hic.

† Scimus Longouallium ad l. imperium longè aliter ſenſiſſe, & id quidē ſubtiliter & doctè, quem è neotericis, nōnulli ſecuti ſunt. Nos recentiorem opinionem interpretum ferè omnium ſecuti ſumus, & æquiorem quaque in foro utimur.

† Iuris pontificii interpretū fixa eſt opinio, pro quibuſcūque ſeruitutibus præſcribendis. xl. annorū tempus eſſe neceſſarium, ídque cum cauſſæ idoneæ, ſeu tituli allegatione, licet non probetur, niſi ius ipſum præſcriptioni obſtaret: quia tum tanto tempore (cuius initii memoria nō extet)
4 *eſſet opus. Guido papæ. q. 407. & q. 408.*

SEd (vt è diuerticulo in viam redeamus) iſtæ quidē in rem actio- *Sed iſtæ quidem*
nes, quarum iam meminimus, & ſi quæ ſunt eis ſimiles, ex le-
gitimis, ac ciuilibus cauſſis deſcendūt, directè ſaltem. Nam quòd
ad vtilem rei vendicationem attinet, quæ aduerſus eum, qui dolo
poſſidere deſijt, datur: Prætoriam eſſe magis eſt. Nempe ad exem- r l.electio
plum ciuilis actionis Prætoris beneficio inuentā [r]: quæ propterea in princ.ff. de noxal.
5 tamen annalis exiſtimanda non eſt. Nam non tam aduerſarij dolo
qui prætorias actiones annales facere ſolet, [ſ] quàm actoris domi- ſ l.in honorariis.ff.
nio reíque perſequutioni inſtar directæ vendicationis nititur. de actio.
Ciuiles enim actiones exiſtimandæ ſunt, quæ ex l.xij.tabularum,
plebeſcitis, ſenatuſconſultis, reſpōſis prudentū, cōſtitutionibúſue

principum originem ducunt. Quæ verò à magiſtratibus,vel præ- 6
torum edictis prætoriæ,ſeu honorariæ. [t] Quarum vel præcipuum diſcrimen eſt,quòd illæ ſunt perpetuæ, hæ temporales, & ferè annales.Illæ ordinariæ & ipſo iure competentes,hæ veluti extraordinariæ,nec niſi in ſubſidium.Sunt & aliæ actiones,tam in rem, q̃ in perſonam, vtriuſlibet generis. Non autem ſimul tam in rem,q̃ in perſonam,quas ex ſua iuriſdictione Prætor cõparatas habet:nimirum ex edictis ſuis proditas. Nã & ciuiles actiones dabat Præ- 7
tor,tanquam qui iudiciis omnibus præerat,& à quo ius agendi(vt anteà diximus)impetrari oporteret. Sed & neceſſarium hoc loco viſum eſt,actiones has honorarias prætoriáſve exemplis oſtẽdere. Interdũ enim à Prætore permiſſum eſt in rem agere,& dicere rem noſtram eſſe tanquam vſucaptam,licet eam nõ vſuceperimus. Et ita rem vendicare tam liberũ eſt,quàm ſi eiuſdem vt vſucaptæ domini eſſemus,quum tamen nõ ſimus. Vel ex aduerſo,poſſeſſorem 8
aduerſarium dicere non vſucepiſſe,quod tamen vſucepit.

t l.ius autẽ ciuile ſupra de iur. nat.

Nanq; ſi cui.

ATque imprimis de eo dicere incipiamus,qui quanuis vſu non cœperit,tanquã tamen ſi vſucepiſſet agit. Veluti ſi cui rem aliquam incorporalem etiam (Nam & ſeruitutum nomine hæc, de qua dicturi ſumus,cõpetit [v] actio)bona fide accipienti ex iuſta cauſſa emptionis,donationis,dotis, aut legati,vel ex alia omnino cauſſa:quæ ſi à vero domino proficiſciſceretur,dominium in acci- 9
pientem transferret,is licet eius rei dominus effectus non ſit, quia necdum vſucepit. Si eiuſdem poſſeſſionẽ aliquo modo poſteà forſan amiſerit:nullam eum habere directam actionem,qua rem perſequatur,manifeſtum eſt. Proditas quippe iure ciuili in rem actiones docuimus,vt quis dominium ſuum per eas vendicet. Quia tamen durius exiſtimatum eſt nullam ei dari actionem, qui bona fide habuit & poſſedit, inuenta eſt Prætore actio, qua rem eam nõ aliter atque vſucaptam, & ſuam perinde ac dominus vendicare poterit:tametſi nulla vſucapio interuenerit. Quæquidem actio 10
Publiciana dicitur:quoniam primus eam publicius Prætor in edicto ſuo his verbis propoſuit. Si quis id quod traditur ex iuſta cauſſa à nõ domino nondũ vſucaptum petat, iudicium dabo [x]. Quoniã enim pro rebus, in quibus dominium habemus, ſatis à iure ciuili proſpectum fuerat: æquiſſimum Prætori viſum eſt,ex iuſta cauſſa accipien-

v l.ſi ego. §.i.ff. de pub.in rem act.

x l.i.ff.de pub.in rem act.

1 accipientibus à non dominis, qui vſucapione tueri ſe nondum
poſſunt, auxilium ſuum impartiri. Ideóque ante omnia iuſtam
accipiendi cauſſam deſiderauit: non vt per eam dominium tranſ-
feratur, ſed vt eiuſmodi tantum ſit, per quam transferri poſ-
ſit[y] etiã ſi iuſto errore quum talis non eſſet credita, tamen fuerit:
vt quum à furioſo, aut minore ignorans quis emit[z], neque re-
fert ſit ne cauſſa lucratiua, an oneroſa, ex contractu, an ex vlti-
ma voluntate[a]. Omnino verò traditionem ſequi oportet, aut
2 certè poſſeſſionem nos aliquo modo eius cœpiſſe, quod inter-
dum ſine traditione fieri poteſt: vt ſi res ei vendatur, cui de-
poſita aut commodata ſit[b]. Aliter autem quantumuis iuſta
cauſſa adſit, vſucapio minimè inchoabitur[c]. Sufficiet tamen ei
cui tradita res non eſt, authoris à quo ius habet, ex iuſta cauſ-
ſa poſſeſſio, ſi ex eiuſdem capite non ſuo proprio quis Publi-
cianam intendat: quia & in ſucceſſorem ea tranſmittitur[d].
Verùm ſciendum eſt traditionem licet ex iuſta cauſſa factam,
3 minimè profuturam, niſi & bona fides in accipiente quum res
traditur, fuerit. Nam quantum ad venditorem attinet, nihil in-
tereſt[e]. Porrò à Prætore meritò conſtitutum eſt rem à non
domino traditam eſſe oportere, & nondum vſucaptam: quan-
do ita ſit eum qui ex iuſta cauſſa à vero domino habet, aut qui
rem vſucepit, ciuilem habere actionem, neque deſiderare ho-
norariam[f]. Is attamen qui in ciuili ſuccumbit, ad hanc redi-
re non prohibetur[g]: quanuis vtranque proponi ſimul conſtan-
4 tior vetet opinio. Altera nimirum dominio, altera cum dominio
eſſe non poteſt. Cæterum in reliquis inſtar ciuilis vendicationis
reſpicit: Nam & in poſſeſſorẽ, eodem modo proponitur, vbi ſal-
tem is qui poſſidet, pari cauſſa vel æquitate non adiuuatur, vt quia
nec titulum, nec bonam fidem habet. Graue alioqui nanque eſſet,
æquè iuſtum poſſeſſorem alterius Publiciana vexari, eandémque
æquitatem, quæ iuſto poſſeſſori fauit, eidem nunc aduerſam eſſe.
Proinde conſtitutũ eſt in pari cauſſa meliorẽ eſſe poſſidentis cõdi-
5 tionẽ[h], quãdo is aduerſariũ poſſeſſione qua plus habet vincat. Vn-
de ſatis apparet, multo minus actionẽ hanc aduerſus verũ dominũ
cõpetere, qui rei ſuæ poſſeſſionẽ recuperauit, ad hoc enim inuenta
eſt hęc actio, vt alteri non domino præferamur, nõ vt res dominis
auferantur, quibus ob eam cauſſam aduerſus publicianam iuſti do

y l.ii.iii.& ſeq. illo tit.

z l.cũ qui eodem.

a d.l.cum qui.§.i.

b l.qua ratione.§.interdũ.ff.de acqui.do.

c l.traditionem.ff.de pub.in rẽ. &.l. ſine poſſeſſiõe. de vſuca.ff.

d l.cũ ſponſus.§.i.ff. de publicia.

e l.cũ qui.§ Prætor ait eod.

f l.l.illo ti.

g l.minor.§.i.ff.de euictio.

h l.ſiue aũt.§.ſi duobus ff.de publicia.

minij datur exceptio [i]. Niſi ſanè peculiari etiam adhuc ratione a- 6
liqua durum videretur aduerſus dominum actionem non dari: vt
ſi fundum Sempronij, quem mihi Titius non dominus vendidit,
bona fide accepero, poſteáque ad Titium, qui Sẽpronij hæres exti
tit, poſſeſſio aliquo caſu redierit: iniquum profectò eſſet ſi mihi
publiciana aduerſus Titium, à quo poſſidendi cauſſam habeo, nõ
daretur: cùm & ſi quod dominij ius ei acceſſerit, id mihi prodeſ-
ſe magis quàm obeſſe debeat. Propterea aduerſus exceptionem
dominij de dolo replicatio dabitur [lz]. Item ſi petente rem ſuam 7
vero domino, cùm de dominio ſatis forſan iudici non liqueret, ab-
ſolutus fuit is qui bona fide emerat, in iudicio conuentus, rei eiuſ-
dem poſſeſſione deinde ad dominum reuerſa, poterit bonæ fidei
emptor Publiciana aduerſus verũ dominũ experiri [l]. Ea eſt æqui-
tatis vis rerúmque ſemel iudicatarum authoritas. Vnde ſi is qui
iuſſu Prætoris cœperat contra bonæ fidei poſſeſſorem non domi-
num, neque de damno infecto cauentem poſſidere, & poſſidendo
dominum capere, ſi à domino poſtea poſſidente, aut nõ admiſſus, 8
aut deiectus inde fuerit, publicanam etiam actionem habet [m]. Ad-
hæc ſeruus pro noxa à nõ domino traditus, à vero domino poſt-
ea poſſidente, niſi litis æſtimationem offerat, hac actione vendi-
cari poterit [n]. Idémque erit ſi res domini voluntate alicui diſtra-
cta fuerit, & eo poſtea refragante tradita: Nam & ſi dominij
non tamen poſſeſſionis tranſlatio impedita fuit, per quam aduer-
ſus dominum Publiciana quoque dabitur [o].

i l. pen. & vlt. ff. illo titu.

lz l. ſi à Titio. ff. de rei vend.

l l. ſi rẽ. ff. de exce. rei iud.

m l. dãni. i. §. non ſolũ. ff. de dam. infect.

n l. & generalibus de noxa. ac. ff.

o l. Papinianus. ff. de publicia.

9

Rurſus ex diuerſo.

DIximus de eo qui quanuis non vſucepiſſet, vſucepiſſe tamen
fingitur, rurſus nunc de eo dicendum ſequitur ex aduerſo qui
licet vſuceperit veréque vſucapionem compleuerit, tanquam ta-
men ſi non vſu cœpiſſet in eum agitur: ſublata nanque vſucapio-
nis vi quæ alioqui ſummo iure duriúſque læſerat in integrum re-
ſtituit Prætor, vt non aliter actionibus noſtris vti ſit liberum at-
que ſi nihil vſucaptũ eſſet. Veluti de eo dicere poſſumus qui cum
rem domini bona fide poſſideret, Reipub. cauſſa forſan in legatio-
nem miſſus medio tempore abeſſe cœpit, & vſucepit, vel ſtatim à 10
reditu, quia & id tẽpus abſentiæ adſcribitur [p]. Aut verò de eo etiã
dici poteſt, qui in hoſtium poteſtate captiuus fuit, & ex re peculia-
ri per filium aut ſeruum rem vſucepit [q]. (Nam aliis modis regula-
riter qui ab alio poſſidetur poſſidere nõ [r] poteſt) domino ſanè tũc
ſtatim

p l. ab hoſtibus. §. vl. ff. ex quib. cauſ. malo.

q l. ait prætor. §. hi pla nè illo tit.

r l. homo liber § quicquid. ff. de acquir. do.

1 ſtatim, atque is qui vſucepit abeſſe deſijt, rebúſque ſuis prouidere integrũ fuit permittitnr vſucapione Prætoris beneficio intra annũ vtilem (qui in quadriennium continuum noſtra poſtea cõſtitutione conuerſus [s] eſt) eam rem petere & vendicare, intra annum alterum vtilem à reſtitutione, quemadmodum & olim fuerat conſtitutum. Atque ita vendicare, vt dicere poſſis poſſeſſorem vſu nõ cœpiſſe quod tamen vſucepit, ob ídque rem tuam eſſe, nec modo rem petere à poſſidente, ſed multo magis petentem exceptione ſum-
2 mouere, ſi fortè rei poſſeſſionem iam nactus [t] ſis, qua etiam ſi excideris perpetuam actionem habebis qua eam cõſequaris [v]. Sicut enim abſentibns Prætor ſuccurrit (vt proximè dicemus) ita etiam prouidet ne alios capiant [x]. Licet verò de eo tantum qui Reipu. cauſſa abeſt, aut in hoſtium poteſtate captiuus, eſt exemplum poſuerimus, maiore tamen adhuc ratione idem intelligendum erit ſi is qui vſucepit ex alia min⁹ iuſta cauſſa abſuit, vt reſtituatur is qui in ciuitate manſit, cui vlla alterius abſentia fraudi eſſe non debet.
3 Abſentem porrò eum intelligimus qui nõ eſt in eo loco, in quo petendũ aliquid fuit, & ſi forte extra cõtinentia vrbis [y] ſit, ſicut præſentem eum dicimus, qui in ciuitate manet, aut continentibus ædificiis [z]. Ad hæc neceſſarium eſt etiam, vt qui abſens erat & vſucapiebat, neminem defenſorem reliquiſſet, Nam ſi fuit defenſor, cum habueris quem conuenias nõ debet inquietari [a]. Non tamen ideo prohibitam eſſe reſtitutionem exiſtimandum eſt, quòd alio loco permiſimus [b] aduerſus abſentem Præſidẽ adire, libellúmque por-
4 rigere, atque ita temporis interruptionẽ facere, quoniam et ſi hoc remedio noſtro vſus non fuerit, illi tamen reſtitutionẽ hanc proptereà nõ denegamus, hac ſiquidem reſtitutionis via plenius conſulitur, & ad ius ſuum omnino peruenitur. Illa verò interruptio ſola fit. Reuerſo igitur abſente iuſta, erit reſcindendæ vſucapionis petitio, aut certè ſi nondum reditus illius ſperetur bonis abſentis curator interim dandus erit, cõtra quem præſens ſi velit experiatur [c]. Sanè ſi poſt reditum eius qui abſens vſucepit, reſtitutionem
5 petere neglexeris, iungetur id tẽpus. quo ceſſas cùm prioribus vſucapionis temporibus vtiliter ante abſentiam lapſis, non aliter omninò atque tempus illud quo poſt impetratam reſtitutionẽ ocioſè differres rem tuam vẽdicare. Vſque adeò, vt ſi tempora ſimul iuncta vſucapionem compleant, nulla nouæ reſtitutionis ſpes reliqua ſit. Nam non negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum im-

[s] l. ſuperuacuam. C. de tẽp. in integ. reſtit.

[t] l. necnon §. pen. ff. ex quib. cauſſ. maior.

[v] l. ſi is cuius illo tit.

[x] l. Itẽ ait Prætor. §. i. illo tit.

[y] l. abſentẽ ff. de verb. ſignifi.

[z] l. præſentem illo tit.

[a] l. Itẽ ait Prætor. ff. ex quib. cauſ. maio.

[b] l. vt perfectius. C. de annal. excep.

[c] Bar. in l. ignorare. C. de reſt. mili.

peditis [d]. In vniuerſum nāque reſtituendum eum putauit Prætor, 6
qui aliquid damni iuſtè quæritur [e]. Sicut autem præſenti aduerſus
abſentem, ita quoque abſenti aduerſus præſentem in quadrienniū
quum redierit reſtitutio ſimili modo à Prætore datur. Hoc quoq;
actionis in rem genus, intra annum poſtea vtilem conceditur, vt ſi
Reipu. militiæ, ſtudiorum, aut ſimili iuſta abſentiæ cauſſa quouiſ-
modo abfuerit. Neque enim alioqui etiam qui Reipub. cauſſa ab-
eſt in integrum reſtitutionem mœretur, vt ſi fortè non coactus,
ſed ſui commodi cauſſa id procurauerit [f], vel ſi quis in prouincia 7
ſua vltra tempus à conſtitutionibus conceſſum aſſidet [g], aut deni-
que ſi quis per dolum aliter abfuerit, hoc eſt, ſi quum reuerti poſſet
deberétue [h] non eſt reuerſus, aut ſi alterius grandis commodi ca-
ptandi gratia id egerit [i], vel etiam ſi data opera etiam ſine lucro
hoc affectauerit [lz]. Sunt & aliæ multæ reſtitutionis cauſſæ, ſed quę
Prætoris arbitrio & æquitati relictæ fuere, vt æſtimaret ipſe, ſi qua
ei iuſta cauſſa videretur [l] ſicut ex latiore Digeſtorum, ſeu Pande-
ctarum volumine colligere licet. Id tamen vnum poſtremò ex his 8
quæ iam dicta ſunt, obſeruandum erit. Primùm ſemper hic agi, vt
reſcindatur vſucapio, deinde actionem hanc vſucapione demum
reſciſſa dari. Hoc igitur ordine rectè cōiungi cumularíve hęc duo
iudicia poſſe.

d l. nō eni ff. ex quib. cauſ. maior

e l. vlti. ff. illo titu.

f l. Reipublicæ illo tit.

g l. hi qui eodem.

h l. ſi cui eodem.

i l. item ii. eodem.

lz l. qui data eodem.

l l. i. eodē.

Item ſi quis in fraudē.

Viſum eſt ergo de actionibus in rem, per quas rem ipſam ven-
dicamus, quæ aut noſtra eſt, aut ita habetur ac ſi noſtra eſſet.
De iis nunc dicere incipiamus, per quas res nobis obligatas 9
perſequimur, quæ tametſi in rem non concipiantur, ſed in perſo-
nam quæ poſſidet, vt rē reſtituat (nam neque dicimus rem noſtrā
eſſe) nō ideo tamen perſonales eſſe ſequitur, licet interdum etiam
in perſonam dicantur [m]. Harum nanque actionum cauſſa obliga-
tio quidem eſt, ſed reipſius non perſonæ: neque quæritur an perſo
na obligata ſit, ſed an rem poſſideat: in quo ſane à perſonalibꝰ dif-
ferunt, quæ omnino perſonæ obligationem deſiderant. Nimirum
igitur ſi īter reales actiones has referamus, quæ cum perſonalibus
tamen iudiciis id commune habent quod ad hęredes tranſeant, & 10
tam hæredi quàm in hæredem dantur [n]. Inter has actiones prima
eſt ea, quam ab autore Paulianam dicimus, in qua id agit Prætor,
vt perinde ſint omnia atque ſi nihil eſſet alienatū [o]: Vtque antea
vſucapionem iam cōpletam reſcindit, ita hic alienationem quoq;
euertit.

m l. pen. ff. ſi quid in fraud. pat.

n l. ait Prætor. § hæc actio. ff. q̃ infra. cred.

o l. videamꝰ. ii. ff. de vſuris. & l. i. ff. quæ in frau. cred.

1 euertit, ſummo iure alioqui permanentem, & validam. Idque ex
bono & æquo, omniúmq; vſu vtili. Ne ſi aliter libera & nō neceſ-
ſaria ſit debitoribus ingratis rei creditæ ſolutio, nulla fides inter
homines ſalua maneat. Quoniam igitur alienatio in fraudem cre
ditorum à debitore facta ſummo iure permanebat, neceſſariò vi-
ſum p fuit creditoribus actionem dare, qua alienarionē hâc reſcin
derēt. Sed iam ad actionis vſus exemplū tranſeamus. Titius quum
2 multis creditoribus obnoxius eſſet, & ſciret ſe ſoluendo non eſſe q
aliquid rerum ſuarum in fraudem atque perniciem creditorū alie-
nauit, & tradidit. Creditoribus ſanè ex ſententia Præſidis, in bona
Titij miſſis, bonis ſic poſſeſſis diſtractis & excuſſis r (vt inde appa
reat an re vera fraudati ſint creditores) eiſdem permittitur aduer-
ſus poſſeſſorem reſciſſa demum traditione experiri, & eam rem pe
tere non aliter, ac ſi alienata non eſſet, & poſſeſſori tradita, ob idq;
in bonis debitoris mauſiſſet, libertate tamen ei à quo petitur reli-
cta ſi oblata pecunia creditoribus ſatisfacere maluerit. Nam ha-
benti rem pignori quæ anteà pignori obligata eſſet, id cōceditur s.
3 Igitur ante omnia alienationem in fraudem creditorum à debito-
re factam eſſe oportere conſtat, vt & fraudare voluerit, & euentū
fraus habuerit t. Neque ſufficit in dolo fuiſſe debitorem, niſi & is
qui rem accepit, cōſcius particépſq; fraudis fuerit, ſi alienatio acci-
pienti lucratiua nō fuerit v, vt in omnibus contractibus dicēdum
eſt, in quib9 is qui accipit viciſsim dare aliquid, aut facere tenetur.
Cæterum ſi lucratiua fuerit accipienti alienatio, nēpe quæ ex me-
ra liberalitate procedit, vt donatio, debitoris alienantis dolus ſuffi
ciet quantūuis bona fides in accipiēte fuerit: in quem eatenus da-
4 bitur actio, quatenus locupletior factus x eſt. Aequius etenī viſum
fuit fraudatorū creditorū damno conſuli, quàm accipientis lucro,
in hæreditatibus tamen, legatis, fideicōmiſſis, & cauſſa mortis do-
nationibus, quæ etiā ex liberalitate procedūt,
ſi in fraudem quouiſmodo factæ comperiātur
nullę † prorſus ſunt quū nō aliter, niſi ære alie-
no deducto debeantur y. Attamē in cauſſa pa
troni, ſi quid in eius fraudē geſtū eſſe dicetur,
5 in omnem caſum ſolum alienantis dolū intue-
bimur z poterítque patronus etiam liberti hæ
res alienata reuocare a. Et meritò quoniam ei
qui bona fide emit precium rei acceptæ à pa-

† Quoties nullū aliquid eſſe dicemus (ut ſæpius dicturi ſumus) meminiſſe, oportet reſcripto nos ſemper uti, ut nullum ita quodcūque fuerit declaretur, aut appellatione, ſi ſententia ſit, quæ nulla dicatur.

p l.i.§.i.ff. de iis quæ ĩ fraud.cre.

q l.ſi quis quum habe ret illo tit.

r l.i.C. illo titu. &.l. penul.

s l. Paulus. §. qui pignoris.ff. quib. mod. pig. vel hip.ſolu.

t l.ait Prætor.§.i.ff. de iis quæ in fraud.

v l.ait Prætor.§. quod ait prætor. eod.

x l.quòd autem.§.ĩ his tamen eod.

y l. ſi §. ſin verò.C. de iur. delib.

z l.i.§.dolū ff.ſi quid in fraud.pa.

a l.ii.ſi in fraud.patro C.

trono reſtituitur, ſi non rem emptam magis quàm preciũ bonæ fi- 6
dei emptor iuſto precio habere malit [b]. Creditores verò qui alie-
nationem reſcindunt nihil præſtant [c]: Cæterum conſilium frau-
dis eo præſertim deprehenditur, ſi debitor creditores ſe habere, &
ex non ſoluendo ſe ſciebat, quum alienaret [d], ſi alicui conſangui-
nitate, affinitate, vel amicitia non mediocri cõiuncto res ſuas alie-
nauerit [e]: vel ſi alienatione bonorũ facta, ea nihilominus debitor
poſſidere deprehendatur [f]: aut etiam ſi clandeſtinè cõtractum fue 7
rit, ſolennitáſve in cõtractu deſiderata minimè interuenerit [g]. Itẽ
ſi res magni precij vili ꝑcio diſtracta fuerit [h], aut deniq; ſi vniuer-
ſa bona ſua alienauerit [i]. Alienationẽ verò intelligimus ſiue rem
ſuam tradiderit, ſiue debitũ remiſerit. Nã hac actione nõ ſolùm do
minia reuocãtur, verũetiã actiones inſtaurãtur [l]. Sine etiã vltro pi
gnori dederit [m]: imò & ſi nemini tradiderit, ſed ꝓ derelicto habue
rit: vt quis eam ſuã faceret [n]. Et gñaliter ſi aliquid fecerit, vt habe 8
re deſinat quod habet, nõ ſi tantum egerit ne acquireret [o]. Planè
creditores accipiemus omnes quibus ex quacũque cauſſa debetur,
ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub cõditione [p]: ita tamen vt ſi à condi
tione pendeat debitũ ab eius etiã euentu vis alienationis in fraudẽ
factę pẽdeat [q], vt & retrotrahi poſſit cõditio [r]. Neque ſolũ de cre
ditoribus ante alienationẽ factis intelligẽda erũt q̃ diximus: ſed &
de iis quos poſteà fecerit debitor, vt & fraudati videãtur, & agere
poſſint, ſi initũ fraudãdorũ eorũ conſiliũ fuiſſe conſtet: veluti ſi cõ-
feſtim alięnatione facta, iniquus debitor per dolũ æs alienũ con- 9
trahat, creditorémq; ignarũ decipiat. Alioqui ſi de fraudis conſilio
minimè appareat, ceſſabit reuocatio: vt ſi debitor bona fide iis ſatiſ
fecerit, quorũ fraudandorũ cauſſa iam alienauerat, poſteàq; alios
ſimpliciter creditores ſortitus ſit, nõ facilè exiſtimabimus aliquid
fraudis meditatũ eũ eſſe, vt de priori alienatiõe quęri poſſint. Niſi
certè verſurã fecerit debitor, & priores creditores poſteriorũ pecu
nia dimiſerit, Nã illud ſaltẽ poſterioribus dabitur, vt in ius [t] & lo-
cum priorũ ſuccedant, & ita reuocationi locus ſit. Verum nõ aliter 10
reuocationi locus eſſe poteſt, niſi bonis debito-
ris pri⁹ poſſeſſis, vẽditis [y] & excuſſis [z] †. Gñali-
ter em̃ anteà creditoribus integrũ nõ eſt alie-
nationẽ reſcindere. Nã nec creditorib⁹ hipothecariis rei obligatæ
poſſeſſorẽ cõuenire licet, priuſq̃ prĩcipalẽ debitorẽ excuſſerit, vt is

† De excuſſione, quomodo moribus noſtris fieri debeat vide Guido papa. q. 432.

b l. i. §. ſi ſi quis. ff. ſi quid in fraud. pat.
c l. ſi debitor, cũ ſeq. ff. quæ in fraud.
d l. ſi quis quũ haberet. ff. quæ ĩ frau. cre.
e l. data. C. de dõa.
f Accur. in l. ſicut §. ſu peruacuã. ff. qui. mo. pig. vel hi.
g l. vlti. de rit. nup. ff.
h Bar. in. l. ſi pupil i. §. vltĩ. ff. de de auto. tut.
i l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cre.
l l. hac ĩ fa ctũ illo tit.
m l. quòd autem. §. apud eodẽ.
n l. ſed etſi eodem.
o l. quòd autẽ eodẽ.
p l. creditor. & l. creditores. ff. de ver. ſig.
q l. ſi quũ ſi deicõmiſſa §. ſi ſub. ff. qui & à qui.
r l. potior. §. q balneũ. ff. qui potior. ĩ pig.
t l. ait Prætor. §. ita demũ. ff. de iis q̃ in fraud. cred. z l. ait Prætor. §. ſi quis patriceps eod.

1 anteà nõ ſoluẽdo ĩueniatur [y]. Monẽdi tñ erũt creditores, ne ſi reuo
catiõe vti malit, bona hęredis debitoris potius eligãt, horũ nãq; ſe-
mel fidẽ ſequuti conſiliũ poſteà mutare non poſſunt [z]. Porrò a die
excuſſionis, vẽditioniſq; bonorũ, intra annũ vtilem iudicium hoc
cõpetit [a], & poſt annũ etiã de eo quod ad eũ peruenit aduerſus quẽ
actio mouetur, quia iniquũ putauit Prætor in lucro manere eũ qui
ſenſit lucrum ex fraude. Idcirco extorquendũ ei lucrum putauit [b]:
interdũ quoque quia de reuocanda actione in fraudem remiſſa agi
2 poteſt, reſtitutionem intra id tempus poſtulari poſſe, quod obliga-
tioni ſupererat, dicendum eſt, nõ vtique intra annum [c]. Cæterum
res per hanc actionẽ cum ſua cauſſa reſtituenda erit, & fructus nõ
tantũ qui percepti ſunt, ſed & qui percipi potuerũt veniũt, inſum-
máq; fieri debet ex hac actione reſtitutio in priſtinũ ſtatũ, ſiue res
fuerint, ſiue obligationes [d]. Simili modo veniũt & fructus ĩ Fauia-
na Caluiſianáq; actione, per quã ea quæ in fraudẽ patroni alienata
ſũt reuocãtur, hoc eſt, quãdo debita & legitima portio patrono nõ
3 remanet. In qua eadẽ ferè omnia intelligẽda ſunt, quę de Pauliana
actione anteà docuimus [e]. Eodẽ quoq; modo reuocãtur ea, non
ſolùm quæ per donationẽ, ſed & alio quocũq; modo in fraudẽ fiſci
alienata [f] ſunt, vt de eo dicere poſſum⁹, qui repetũdarũ crimẽ, maie
ſtatis [g], peculat⁹ [h], vel hæreſeos [i], aliúdve ſimile cõmiſit [lz]: quia ex
eo quòd quis crimẽ eiuſmodi contraxit, bonorũ alienatio ei vetita
eſt [l]. Si quidẽ ex eo tẽpore propter facinoris ſui cogitationẽ & con
ſcientiã, de pœna ſua certus eſſe potuit [m]. Idem de vectigaliũ com-
4 miſſis dicendũ erit. Nã quod cõmiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe eius
qui crimen cõmiſit, dominiúmq; rei vectigali quæritur [n], tametſi
ex victus cauſſa aliáve neceſſaria, alienatio minimè ꝓhibeatur, ne
alioqui pleriq; innocentũ neceſſariò ſumptu egeant [o]. Atq; adeò
id verũ eſt, in fraudẽ fiſci poſt delictũ cõmiſſum, alienationẽ nõ va
lere: vt & ſi facta ea fuerit ante crimẽ etiã cõtractũ, dũ ſcelus cogita
ret quod bonroũ adminiſtrationẽ adimit, adhuc tñ reuocetur, ſi id
dilucidis ꝓbationib⁹ fuerit approbatũ [p], vel ſi alienatio clàm, aut
5 propinquis, aut vniuerſa bonorũ omniũ, vel ſub cõditione, ſi bona
publicẽtur facta eſſe oſtẽdatur [q], aut aliis modis quib⁹ iã ante frau
dis cõſiliũ deprehẽdi docuimus. Veruntamẽ in reatu cõſtitutis bo
norũ ſuorũ adminiſtrationẽ alioquin gñaliter cõceſſam eſſe ambi-
gẽdũ nõ eſt, [r] ſi in ea cauſſa res quę alienatur nõ fuerit, vt reuoca-
ri poſtea non poſſit, veluti manumiſſio [ſ]. Cæterum mortis cauſſa

y l. auth. hoc ſi debiter. C. de pignor.
z l. ait Prætor. §. ſanè. ff. de iiſque in fraud.
a l. ait Prætor. §. annus eodẽ.
b d. l. ait prętor. §. vl.
c d. l. ait ꝑtor. §. ſi conditionalis.
d d. l. ait ꝑtor. §. per hanc.
e l. i. ff. de iis quæ in fraud. pa.
f l. in fraudem. ff. de iur. fiſc.
g l. ex iudiciorũ. ff. de accuſa.
h l. vl. ff. ad l. Iul. pecu.
i l. iiii. C. de hæret.
lz vide gl. ĩ d. l. ex iudiciorum.
l d. l. ex iudiciorum.
m l. quæſitũ. ff. qui & quib.
n l cõmiſſa ff. de publi.
o l. eo. ff. de ſolutio. & l. alienationes. ff. famil. hercif.
p l. ſed. & ſi maritus. in fi. ff. qui & à quib.

q l. vlt. ff. de ſtip. ſer. & illic Bar. r l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fiſc. ſ l. qui pene. ff. de manumiſſio.

donatio. id inter donationes omnes peculiare obtinet, vt ſemper 6
indiſcriminatim tanquam imperfecta reuocetur, ſi is qui donauit,
capitis pœna affectus poſteà fuerit [f].

Itẽ Seruiana.

INter has prętereà actiones quibus res nobis obligatas perſequi-
mur, eſt et Seruiana actio à Seruio Prętore dicta, & quaſi Seruia-
na, quæ etiam hipothecaria vocatur, quæ & ipſæ ex Prætoris iuriſ-
dictione ſubſtantiam capiunt. Nã de pignore iure honorario ex pa 7
cto naſcitur actio [t]. Seruiana quidẽ actione experimur (quæ inter-
dũ pro hipothecaria etiã [v] ſumitur) pro rebus coloni in fundum il
latis vel inductis, quæ pignoris iure pro mercede fundi nobis te-
nentur: & quas hoc nomine colonus pignori futuras pepigit [x].
Nempe (vt in rem veluti præſentem veniamus) ſi fundũ à me con
duxiſti, & colonus mihi ita factus ſis aureos centũ, in ſingulos an-
nos mercedis nomine mihi præſtaturus, vel etiam ſi partiarius co-
lonus effectus ſis, damno & lucro fructum communi inter nos fu-
turo [y]: in meumq́ue fundum res tuas cõplures poſteà induxeris, 8
veluti equos, boues, aratra, ligones, & ſeruos, conuentúmque ſit:
vt eæ mihi mercedis nomine obligarentur, ſi poſteà in præſtanda
mercede ceſſaueris, poſſeſsionéq; rerum iniectarum excidero, hac
actione à quouis poſſeſſore rerum earũ poſſeſsionem auocare poſ
ſum, vt non niſi penſione ſoluta pignus diſſoluatur [z]. Eſt autẽ pe-
titorium hoc iudicium Seruianum: tametſi poſseſſionem nudã a-
uocet [a]. Nam confirmato pignoris nexu firmius quoddam poſsi- 9
dendi ius ſimul tribuit: quod aliter tolli non poſsit (niſi perſoluta
mercede debita) locatoríque permittit penſionis nomine inuecta
& illata præcludere: atque etiam in tutiorem locum [b] transferre,
quod in omni alia pignoris cauſſa citra conuentionẽ vel præſidis
iuſſum nõ licet [c]. Cæterũ per Saluianum interdictum (de quo ſuo
poſteà loco acturi ſumus) poſſeſſionẽ quidẽ rerũ coloni nobis obli-
gatarũ adipiſcimur, ſed ſimplicẽ ſine alio iure, pro quo ad Seruia-
num iudicium deſcendendum erit [d]. Planè Seruiane eius actionis 10
beneficium magis apparet in rebus ab inquilino inductis (inqui-
lium enim eum dicimus, qui vrbani prædij conductor eſt, colonũ
qui [e] ruſtici) quoniã ea quæ in vrbanis habitationibus locatis in-
uecta vel illata ſunt, pignori locatori eſſe cenſentur, & ſi nihil no-
minatim conuenerit [f]. Sed in prædiis ruſticis contra [g], & non a-
liter quàm ſi volũtate dominorum illata ſunt, hoc eſt, expreſsa pi-
gnoris

f l. ſi aliquis. ff. de mor. cauſa dona.

t l. ſi tibi decẽ. §. de pignore. ff. de pact.

v l. i. §. cum prædiũ. l. ſi ſuperat⁹. l. ſi ab eo. ff. de pignor.

x §. interdictũ quoque in de ĩterd.

y l. ſi mer-ces. §. vis maior. ff. loca.

z l. ſi quum vẽditor. ff. de euictio.

a d. l. ſi quũ venditor.

b l. hæc eſt differẽtia. ff. in quib. cau. pig.

c l. vtiq;. ff. de dã. infe.

d l. vlti. ff. de Saluia. interd.

e l. re pignoris. ff. de acq. poſ.

f l. itẽ quia de pact. ff.

g l. eo iure ff. in quib. cauſ. pign.

1 gnoris conuentione nominatim † inita [h]. Neque id mirum, quum & ſi obligatio generalis rerũ interpoſita fuiſſet, non ea tamen continerentur quæ ſpecialiter veriſimile eſt quémque obligaturum non fuiſſe [i], cuiuſmodi ſunt æqui, boues, aratra, ligones, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat [lz], quorum libero vſu coloni ſemper opus habent, Reipublicæq́;
2 interſit inſtrumentorum ruſticorum vſum temerè non impediri [l]. Nimirum ergo ſi neque tacita hipotheca in his locũ habeat, & pacto expreſſo opus ſit. Fructus tamẽ qui in prædiis naſcũtur, & collecti extant: quoniã non eiuſdem naturæ eſſe intelligũtur, pignori domino fundi locati ſunt, etiam ſi id nominatim conuentum non ſit [m]: licet prædia ex fructuum precio empta in eandem cauſſam non veniant [n]. Inuecta porrò & illata intelligimus omnia quę inducta ſunt, vt ibi [o] ſint, nõ temporis cauſſa accommodata [p]: neque
3 ſolũ pro penſionibus, ſed & ſi deteriorem habitationẽ fecerit culpa ſua inquilinus pignori [q] ſunt. Siue ſit inquilinus is qui à domino conduxit, ſine alius ſecundus qui à primo conduxit [r], quod nõ æquè fit in eo qui à colono conduxit, cum in vtroque tam colono quàm qui ab eo conduxit nominatim agi debeat, præterquàm in fructib⁹, qui ſemper in cauſſam pignoris manent, perinde ac ſi eos primus colonus percepiſſet [ſ]. Enimuerò res illatas imprimis eſſe neceſſarium eſt, quas pignori futuras pepigimus, quanuis ſola cõ-
4 uentio ſufficiat, ſi eas deinde alij colonus nominatim nõ obligauerit. Nam alioqui ſi eas anteq̃ inducat alij hipothecę noĩe obligauerit, & poſtea ĩduxerit, potior erit qui ſpecialiter purè accepit, quia non ex cõuentione priori obligantur, ſed ex eo quòd inductæ res ſunt, quod poſterius factum [t] eſt. Actio verò quaſi Seruiana eſt, qua creditores hipothecarij quocunque pignoris veri iure nitantur, pignora hipothecáſue à quouis poſſeſſore, eóve qui dolo poſſidere deſiit perſequuntur, qui niſi vel ſoluat, aut rem reſtituat, vel
5 ſaltem reſtiturũ ſe caueat (ſi fortè reſtiture velit nec poſſit, quia res abeſt & longe eſt) tanti condemnandus erit quanti actor in litem iurauerit, ſicut in cęteris in rem actionibus [v]. Nam & pignoris perſequutio in rẽ eſt [x], & ad quemcũque quouíſque modo res pignori ſemel addicta eat, ſemper quum onere ſuo tranſit [y]: ſiue expreſſa, ſiue tacita hipotheca fuerit. Neque hãc actionem poſſeſ-

† Scientiam dominorum hic ſufficere interpretum omnium fixa eſt opinio. Verum hæc quam ſequimur, ex iureconſultorum ſententia eſſe uiſa eſt.

h l. certi iuris. C. loca.
i l. obligatione. ff. de pignor.
lz l. auth. agricultores. C. quæ res pigno. oblig.
l l. executores illo titu.
m l. in prædiis. ff. in quib. cauſſ. pigno.
n l. quãuis C. in quib. cauſſ. pig.
o d. l. in prædiis.
p l. debitor ff. de pig.
q l. ii. ff. de quib. cauſſ. pign.
r l. ſolutũ. §. ſolutã. ff. de pig. act.
ſ l. ſi in. lege. §. ſi colon⁹. ff. loc.
t l. potior. §. ſi colon⁹. ff. qui potior. ĩ pig. hab.
v l. ſi fũdus §. in vendicatione. ff. de pignor.
x l. pignoris illo tit.
y l. ſi debitor. C. de diſtr. pig.

ſor vllus ſommouere poterit, niſi qui à priore creditore prioris ſui 6
iure vendente emerit [z], vel ab hærede qui beneficio inuentarij v-
ſus eſt [a]. Indiuiduáq; etiam manet actio, quæ nec pro hæreditariis
portionibus, vt perſonalis ſcinditur. Vnde & ſi rei obligatę pars a-
lienata fuerit cum ſolido onere transfertur, quum in poteſtate de-
bitoris minimè ſit ius hipothecæ, aut diſtrahere, ant diuidere [b]. Cę
terum ei qui pignus perſequitur, ſi quidē aduerſus poſſidentē debi
torē agat, vel eius hæredē, [c] rem pignori datā fuiſſe probare ſuffi-
ciet, & aduerſus debitorem excipientem ſe nō fuiſſe dominū doli 7
obſtabit exceptio, quod rem alienam dederit pignori [d]: Niſi ſanè
generalis hipotheca bonorū fuiſſet, quia in eum caſum rectè dice-
re poterit, rem de qua ſpecialiter quæritur, vt alienam comprehen
ſam non fuiſſe [e]. Sed ſi aduerſus quemcunque alium rei obligatæ
poſſeſſorem agatur, præter conuentionē pignoris nō vicioſam in-
terceſſam [f], probādum etiam erit rem in bonis eo tempore quo pi-
gnus cōtrahebatur, illius qui pignori dedit fuiſſe, [g] ſi id poſſeſſor
neget: in bonis autem noſtris cōnumerantur, non ſolùm quæ do- 8
minij noſtri ſunt, ſed & ſi quę bona fide à nobis poſſideantur. Atq;
adeò, ſi quid in actione, petitione, perſquutionéve ſit, in bonis no-
ſtris eſſe eximabitur [h]. Verūtamē ſi tertius hic rei obligatæ poſſeſ-
ſor cauſſam à debitore, ſaltem lucratiuæ acquiſitionis habuerit, &
ea nitatur, ſéq; defendat, aduerſus nō dominij debitoris exceptio-
nem à ſe propoſitā, doli mali replicationē pati enim debere ex pſo
na eius, in cuius locum ſucceſſit æquius [i] eſt. Vbi verò poſſeſſori
rem in bonis eius fuiſſet creditor oſtenderit, eandem retinere am- 9
plius non poterit iure etiam antiquioris hipothecæ, ſi quod forſan
allegauerit habere ſe à debitore quem negauit dominum, ſed ante
omnia propter improbum mendacium, rei poſſeſſionem in acto-
rem transferet: vt deinde (ſi volet) agat [lz] †. Porrò pignoris hipo-
thecæque appellatione, promiſcuè ſæpius hic
abutimur, alterúmque pro altero ſubinde di-
cimus. Idque ideo quoniam inter pignus &
hipothecam (quantum ad actionem quidē hi-
pothecariam attinet) nihil intereſt, & de qua- 10
cunque re inter creditorem & debitorem cōuenerit, vt ſit pro de-
bito obligata, vtraque hac appellatione cōtinetur: ſempérque vti-
liter hac actione experimur, ſiue debitor eorū nomine quæ mutuo
ſumpſit pignori res ſuas dederit, ſiue hipothecę obligauerit: modo
tamen

† *Ea mēdacii pœna exoleuit quemadmodū & pœna. l. ultimæ. ff. de rei uend. huic ſimilis.*

z l.i.C. ſi antiq.cred.

a l.vl.C.de iur.delib.

b l.i. &.ii. C.ſi vn⁹ ex plur. vide Guid. pap. q.432.

c l.cum hæres.ff.de diui. & tēp. præſ.

d l.ſi rem alienā. ff. de pigno.

e l.ii.C. vbi in rem act.

f l.cū vitio ſe.ff.de pignor.

g l.ſi ſuperatus. &.l. & quæ nōdum.§.i.illo tit.

h l.bonorū de verb.ſignifi.ff.

i l.apud celſum.§. ſi quis aūt ex cauſa.ff.de dol.excep.

lz auth.itē poſſeſſor. C.de pign.

1 tamen ex eis rebus non ſint quæ pignori obligari vetantur, vt quæ
extra cōmercium noſtrū ſunt [l]. Solus enim noīs ſonus īter pignus
& hipothecam differentiā facit, prior nēpe vox latina eſt, poſterior
græca quæ in idem redeunt, υποθήκη nanq; idē Græcè ſonat, quod
pignus ſiue ſuppoſitio, à verbo υποτίθημι ſignificās idem quod pi-
gnori oppono. Differētiam tamen in hoc poſteà vſus fecit, quod li
cet υποθήκης appellatione, tam res mobiles, q̃ ſoli comprehendan-
tur: propriè tamen non aliter hipothecam latine ſumimus, q̃ cum
2 nō tranſit rei obligatę ad creditorem poſſeſſio, réſque ſine nuda cō
uentione tenetur. Adeò vt ei etiam, cui prius res obligata fuerit, is
cui ea anteà tradita eſt præferatur. Pignus verò propriè dicimus
quod ad creditorem trāſit [m] à pugno appellatum, quia res quæ pi-
gnori dantur manu traduntur, ideóque in rebus mobilibus conſi-
ſtunt [n]. Proinde inter pigneratitiā hipothecariámq; actionē, non
parua eſt differentia, illa ſiquidem pecunia exoluta debitori datur,
vt pignus recipiat [o], creditoríque ſi quid in pignus neceſſario im-
3 pēderit [p], hac verò creditor pignus ꝑſequitur, vt donec ei fuerit ꝑ-
ſolutū id teneat, illa re contrahitur [q]: bonæ fidei eſt, & perſonalis,
ſempérq; triginta annis durat [r]. Hæc ex cōuētione naſcitur, [ſ] qui-
buſcunque verbis idoneis inita, male fidei eſt, realis, & variū tēpus
habet [t]. Nam ſi extraneus ſit qui rem tibi impigneratam ex iuſta
cauſſa decē annis inter præſentes viginti verò annis inter abſen-
tes poſſederit, exinde tutus erit: Sin autem ex cauſſa nō iuſta xxx.
annis rem habuerit, ſecurus eſt præſcriptionis beneficio, & credi-
4 tor debitorem cōueniat oportet. Debitor autē, eiuſdémque hæres,
aut alter creditor, longiori tēpore fulciatur neceſſariū eſt, quadra-
ginta ſiquidē iugi annorū intercapedine præſcriptionē aduerſus
creditorē ſibi comparabit [v]. Hæc denique igitur hipothecaria a-
ctio quantum ad naturā illius pertinet, tam ad
res mobiles † q̃ immobiles per abuſionem ex-
tenditur, & tam aduerſus debitorē, quam eius
hæredem res pignori nexas poſſidentē datur,
5 aut contra rerum obligatarum poſſeſſorem
quémque. In prioribus ſpeciebus in perſonā,
& in rem agi poteſt, vt debitor vel hæres ſol-
uat, aut pigneratis rebus cedat, [x] atque ita
vtriuſq; actionis cumulatio ꝓmiſſa eſt. In poſteriori verò ſpecie, id
tātū petitur vt res creditoris hipothecę ſuppoſita ꝓnūcietur, & niſi

† *Hodie hic mos apud nos inualuit, vt pro rebus mobilibus hæc actio minimè cōpetat pignoráque mobilia ſi apud alium quàm debitorem ſint, ea perſequi nō liceat. Boher. in titu. de conſuet. hip. § i.*

[l] l. i. §. eam rem. ff. quæ res pig. ob.
[m] l. ſi ré aliená. §. i. de pig. acti. ff.
[n] l. plebs. § pign⁹. ff. de verb. ſigni.
[o] l. ſi ré aliená. §. omnis. ff. de pig. actio.
[p] l. ſi neceſſarias. ff. illo iit.
[q] §. vlt. ſupra quib. mod. re cōtrah. ob.
[r] l. ſicut. C de præſc. xxx. vel. xl anno.
[ſ] l. ſi tibi x. §. de pignore. ff. de pac.
[t] l. cū notiſſimi. C. de præſc. xxx. vel xl.
[v] l. i. & .ii. C. ſi aduer. cred. & d. l. cum notiſſimi, & illic īterpretes.
[x] l. i. & .ii. C. ſi vnus ex plur. vide Guido. pap. q. 438.

debitum ſoluere maluerit eorum dominium in poſſeſſorem transferat [y]. Proinde ſæpius hipothecaria actione aduerſus hipothecæ poſſeſſorem annui reditus reliquias perſequimur †. Sed qui his ſimul actionibus, aut vna harum, vel aduerſus vnum, vel aduerſus plures vult experiri, cõſultè faciet, ſi proteſtetur aliis reis ſe acceptum laturum, quòd ab vno alterius actionis ope fuerit cõſequutus, eóq; noĩe lite ſe deſtiturum [z]. † 6

Reſtat nunc, vt de actionibus in perſonã dicamus, quas Prætor ex ſua iuriſdictione propoſitas habet. Nam non ſolum in rem verũetiam in perſonam quaſdam eum introduxiſſe anteà dictum eſt: veluti de actione pecuniæ conſtitutæ dicere poſſumus, quæ ciuilis non eſt, ſed honoraria, cui olĩ erat ſimilis actio receptitia, niſi quod ea latius pateret: quoniam pro quacunque re quam præſtaturũ ſe quis recepiſſet promiſiſſétve, & quæ in ſtipulationem deduci poteſt competebat. Hæc verò de conſtituta pecunia actio, nõ niſi ad ea quæ pondere, numero, menſurâve cõſiſtunt proponebatur. Sed hodie noſtra conſtitutione ſublata eſt ea actio receptitia: & quicquid plenius habebat id in actione pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt, vt quod tam latè ad res quaſuis patebat id hodie actio de pecunia conſtituta, aduerſus quemlibet cõſtituentẽ, & pro quacunque re debita habeat [a]. Pecuniæ enim appellatio, nõ ſolùm pecuniam numeratã, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura complectitur [b]. Propoſuit & Prætor actionẽ de peculio cõtra patrem vel dominum de iis rebus, quæ cum filiisfamilias aut ſeruis contractæ fuerint, inuenit & actionem in factum, ex qua ſolum quæritur, an actor iurauerit: necnon complures, alias de quibus ſigillatim dicere incipiamus. 10

[y] d. l. ii. Si vnus ex pluribus.

[z] l. iii. §. vl. ff. de duob. reis.

[a] l. ii. C. de cõſti. pecu.

[b] d. l. ii. & l. pecuniæ nomine. ff. de ver. ſig.

† Edita eſt Franciſci regis cõſtitutio, qua pro iis quæ chirographo agnito cauta ſunt, actio hipothecaria cõpetit, quãuis nulla adiecta fuerit bonorũ hipotheca. 7 Et ſi debitor chirographũ non agnouerit uerum à creditore fuerit teſtibus cõprobatũ, hipothitecæ à die inficiationis (quæ retrotrahitur) locus erit.

† De pignoratione ĩmobilium, & mobiliũ, eorúmque auctione. 8 De cõtrouerſia inter pignoratorem, & eos qui interceſſeruut, quo pacto examinetur. Déque pignorũ addictione, & aduerſus hanc reſtitutione. Vide pleniſsimè per Imbertũ 9 Rupel inſtitutionũ ſuarum Forenſium lib. I.

De conſtituta.

CONſtitutæ igitur pecuniæ actio (vt ad eam redeamus) aduerſus quemlibet cõſtituentem locum habet, ſiue pro ſeipſo, ſiue pro alio ſoluturum ſe couſtituerit. Conſtituta enim ex cõſenſu facta

1 ſu facta cuſtodiri iuſſit Prætor, grauiſſimum eſſe exiſtimans fidem c l.i.i prin. ff. de conſt. pecu.
fallere [c] quæcunque perſona ſit quæ conſtituat, ad cõtrahendum
idonea, ſiue vir ſit, ſiue fœmina qui conſtituerint [d]. Nam & mu-
lieres de conſtituta tenetur, ſi non pro alio conſtituerint, quando d. l.i.§.i.
eis quoquo modo pro aliis intercedere ſenaſcõſulto Velleiano ve-
titum ſit. Pro ſe conſtitui ſic poteſt. Aureos quingẽtos Titio debe-
bas, is quum te in iudicio conueniſſet, vt præſentem exactionem
effugeres, calendis Martiis ſoluturum te cõſtituiſti, & ita dimiſſus
2 es: Elapſo tempore ſi non ſolueris, conſtitutæ pecuniæ actio in te
dabitur. Atque ita nouam actionem conſtitutũ adiicit, quæ & va-
lida erit & perpetua, etiam ſi prior obligatio infirmior erat, vt quia
natura tãtum debitum [e] eſſet, aut etiam temporalis, vt veteri ſub- e l.i.§.vlt. illo titu.
lata actione noua remaneat. Nam debitum tunc fuiſſe ſufficit cum
conſtituebatur, licet nunc non ſit, quoniam retrorſum ſe hæc a-
ctio [f] refert. Eodem quoque modo pro alio fit conſtitutum, f l.item illa.§.quod
ſi pro alio qui tibi centum fortè deberet ſoluturum ſe Titius adiicitur il
non per errorem conſtituit [g]. Adeò vt per hoc conſtitutum lo tit.
3 duos ſimul debitores nulla nouatione facta nactus ſis. Et do- g l.vl. eod.
nec fuerit ſolidum perſolutum, manet obligatio [h]. Nõ niſi tamen
principali debitore anteà excuſſo aduerſus pecuniç cõſtitutç reum h l.ſi quis eodem.
inſtar fideiuſſoris agi poterit [i]. Poteſt & ſic fieri conſtitutum, vt
alium pro ſe ſoluturum quis conſtituat. Quanquam & ille alius i auth. vt
ſi nolit de conſtituto minimè teneatur, nõ aliter, ac ſi alium pro te credit. pri-
fideiuſſorem [l] conſtituas. Quod ſi ita dictum eſt, ſatis tibi fiet, & mũ aggre.
à me, & ab illo, ſi ille non conſenſerit ſolus pro rata teneberis, lon prin. deb.
ge aliter, ſi diſiũctiuè dixeris ſatis tibi fiet, aut à me, aut ab illo. Nã lz l.qui autem.§.i. ff.
4 illo nõ conſentiente ſolida in te manet obligatio. Sinautẽ imperſo de conſtit.
naliter ſit dictum, ſatisfiet, nihil dictum eſſe magis eſt [l]. Porro ſci- pecu.
re debemus aliud eſſe conſtituere ſe ſoluturum, aut ſe ſatisfacturũ:
Nam qui ſoluturum ſe conſtituit, non ſatisfacit cõſtituto ſi offerat l authen. ſi quando. C.
ſatiſdationem: qui autem ſe ſatisfacturum conſtituit, ſi pignus aut de conſtit.
fideiuſſorem dedit, non amplius tenetur, quũ nihil interſit quem- pecunia.
admodum ſatisfaciat [m]. Ante omnia verò vt conſiſtere poſſit con m l.promiſſor ſtichi.§
ſtitutum, animaduertendum eſt debitum aliquo modo anteà eſſe vlt. ff. de cõ-
5 oportere quod conſtituitur, ſiue ex naturali & ciuili cauſſa obliga ſtit. pecu.
tio ſit. Veluti ex cauſſa emptionis, dotis, tutelæ, alióve ſimili con-
tractu. Siue natura tantum debitum [n] ſit, vt in obligationibus n d.l.i.§.
quæ inter patrem & filium, fratréſue ſub patris poteſtate conſti- vlt. eodem.

D

tutos fiunt dicere poſſumus [o]. Siue etiam honoraria actione non 6
ciuili debeatur, vt quum pater aut dominus de peculio tenentur [p].
Non verò ſi iure tantum ciuili obligatio ſit [q], nempe ſi futuræ nu
merationis ſpe, id te accepiſſe cõfeſſus fueris, quòd re vera tamen
non accepiſti, quãquam & huic debito fideiuſſor accedere poſſit.
Nam cuicunque obligationi fideiuſſorem accedere [r] poſſe, ideo
receptum eſt [ſ], qua fideiubendo nihil firmat aut adiicit, ſed obli-
gationi ſimpliciter accedit, & eiſdem ipſis exceptionibus, quibus 7
reus ſeſe defendit nititur, quod in cõſtituto ita non eſt: illud ſiqui-
dem tam veterem obligationem confirmat, quàm nouam etiã per
ſe adiicit & actionem parit. Ideo talem obligationem prius deſide
rat quæ ſubſiſtere poſſit. Atque adeò verum eſt debitum anteà eſſe
oportere quod conſtituitur, vt etiam nihil agat qui id quod nõ de-
beri certo ſit, tamen conſtituit [t], neque ſorte quum vſuris quę non
debebantur conſtituta vſuræ veniunt [v]: Sequitur & conſtitutum
naturam conditionis debiti [x]: quanuis teneatur is qui citerio-
re die ſoluturum ſe conſtituit [y], aliúdque quàm quod debetur pro 8
debito conſtitui poſſit, ſicut & res pro re ſolui poteſt: vt ſi quis cen
tum debens aureos frumentũ eiuſdem precij conſtituat [z]. Ad hęc
etiam oportet in conſtituente eſſe conſtituendi animum adeò vt
de eo qui inutiliter ſtipulatus eſt cum vtiliter ſtipulari vellet, & nõ
ſibi conſtitui: de conſtituta pecunia experiri nõ poſſe reſponſum
ſit, quia non animo conſtituentis, ſed promittẽtis id factum eſſet [a].
Quoniam ergo de eo quod anteà iam debetur cõſtitutum ſemper 9
ſit, ſolum conſtituentis pactũ exigit, nulla ſcilicet ſtipulatione in-
terpoſita. Nam alioqui vbi ſtipulatio interponitur, & ciuilem obli
gationem habemus, non elucèſcit honoraria.

Actiones aũt de peculio.

SEquuntur & actiones de peculio, quæ in perſonam à Prætore
inuectæ aduerſus patrem dominúmve comparatæ ſunt: de pluri-
bus autem propterea loquimur, vt oſtendamus de peculio actionẽ
non vnius alicuius tantum generis eſſe, verùm tot eſſe actiones de 10
peculio, quot & principales obligationes ſunt, quibus filiusfami-
lias aut ſeruus obligantur. Et inde nonnunquã dicimus actionem
ædilitiam. de peculio [b], mandati quoque, depoſiti [c], & tutelæ [d]:
quòd harum veluti principalium actionum (quibus adiicitur) con

o l. frater à fratre. ff. de cõdi. ĩdeb.
p d.l.i.§.vl. de conſtit. pecu.
q l.iii.§.ſi quis autem illo titu.
r §.i. inſtit. de fideiuſſ.
ſ ſupra.
ſ l. græcè.§ generaliter ff. de fideiuſſ.
t Ioã. Fab.
v l. hacten' §.vlt. ff. de cõſti. pecu.
x l. id quod eodem.
y l.i.§.pe. eodem.
z l.i.§.eum qui eodem.
a l. cũ autẽ. §.ſi ſeruum ff. de ædil. edict.
b l.iii.§.cui cõgruit. ff. de pecul.
c l. depoſiti illo titu.
d l.i.C. quòd cum eo.

ditionem

1 ditionem naturámque ſequatur. Vnde aut temporalis, aut perpe-
tua cenſetur [c]. Aduerſus igitur patrē, dominúmve impuberem [f]
etiam, vel bonæ fidei tantū poſſeſſorem [g], has de peculio † actio-
nes ideo Prætor introduxit: quoniam licet ex
cōtractu delictóque filiorum vel ſeruorū, ipſo
iure ciuili non teneantur, æquum tamen Præ-
tor arbitratus eſt peculio tenus eos cōdemna-
2 ri, quanuis ſi vltro ſolidum perſoluerint, non
repetant [h], creditoréſque à patre conuenti ſo-
lidum debitum cōpenſent [i]. Eſt enim peculiū
quaſi puſilla pecunia à pecore [k] oīs pecuniæ
fundamento dictū, & ex eo cōſiſtit quod parſi-
monia ſua quiſque parauerit, vel officio merue
rit, à quolibet ſibi donari. Idq; veluti puſillū propriúmque ſeruorū
filiorū qui in poteſtate ſunt patrimonium [l] quanquā revera nō ſit,
quādoquidē ſola peculij profectitij quod de rebus paternis vel do
3 minicis proficiſcitur (de quo hic tantū agimus) adminiſtratio fi-
liifamilias ſit, poſſeſſio autē & proprietas † patris ipſius, tāetſi bo
nis patris publicatis ſeparetur hoc peculiū, &
filiofamilias tribuatur [m]. Peculium autem ad-
uētitium (quod cui ab auo paterno vel mater-
no aduenit, vel cognatorum teſtamēto aut alias fortè fortuna) hu
ius loci nō eſt: ex quo pater nō niſi nomine filij (cuius eſt proprie-
4 tas, patris verò † vſusfructus) & tāquam adminiſtrator legitimus
conuenitur [n]. Multominus & Caſtrenſe pe-
culium huc pertinet quod à parentibus vel co-
gnatis in militia degēti donatum eſt, vel quod
ipſe filiusfamilias aliunde acquiſiuit, quod niſi
militaret acquiſiturus nō fuiſſet [o]. Itē & quaſi
Caſtrēſe peculium quod ex publico munere,
aut functione aliqua, operáve etiam ex priuatis perſonis filiusfa-
5 milias adſequitur [p]. In quibus pro patrefamilias filiusfamilias ha
betur [q], illorúmque nomine ipſe conuenitur [r]. Cæterum aduer-
ſus patrem vel dominum ſi etiam cum filio aut ſeruo cōtrahi pro-
hibuerint [ſ], adhuc manet actio, quia nihilominus interdum eiſdē
perſonis peculium permittunt, tenētur: donec id citra fraudem &
non improbe ademerint. Nam poſteà extra omnem obligationis
nexum ſecuri ſunt [t], Attamen creditores quum filio agere nō pro-

† Quæ hic de domino & ſeruo cui peculium cōceſſum eſt tractātur, īterpretes noſtri ad abbates, & monachos, quibus ſacerdotia conceſſa ſunt, aliáue adminiſtratio permiſſa eſt, transferunt.

† De peculio clericorū, uide Guido pap. q. 110.

† Ea pars Galliæ quæ moribus regitur, eo iure nō utitur. Sed undecunque bona filiis obueniāt, eis pleno iure quærūtur.

c l. cū poſt quādo act. de pecu. anna. ff.
f l. iii. §. parui. ff. de pecul.
g l. eo tēpore. §. ſeruus alienus eodem.
h l. ſi is. ff. de cōd. in.
i l. ſi cum filio. ff. de compenſa.
k M. Vario, de ruſtic. libr. ii. capit. i. Pli. li. 33. ca. 4.
l l. peculiū & ex eo. ff. de pecul.
m l. iii. §. ſed vtrū. ff. de minor. Vide. q. ca. tholoſa. 20
n l. cū non ſolū. C. de bo. que lib.
o l. caſtrenſe. ff. de caſtrē. pecul.
p l. vl. C. de adu. diuer.
q l. ii. ad ſenat. Ma. ff.
r l. ex caſtrēſi. §. vlt. ff. de caſtr. pecul.
ſ l. ſi quis ſeruum. in fin. ff. de pecul.
t l. ſumma. ff. illo tit.

hibentur [v]. Summa etiam cum ratione hoc in peculiũ Prætor im- 6
putauit quod dolo malo patris aut domini factum eſt, quominus in
peculio eſſet, aut ſi etiam peculium intrincari in necem credito-
rum paſſi [x] ſunt. Non ſolúmque id peculium eſt quod ab iis con-
ceſſum eſt, verum id quoque quod ignorantibus quidem iis acqui-
ſitum eſt, & ſi reſciſcent paſſuri erant eſſe in peculio [y]. Naſcitur e-
nim creſcítq;, & decreſcit, atq; moritur inſtar hominis peculium.
Si id acquiſiuit ſeruus quod dominus neceſſe non habet ei præſta- 7
re, id peculium eſt, & naſcitur: quia ſi tunicas tãtum aut aliquid ſi-
mile quod dominus neceſſe ei habet præſtare peculium non eſt.
Creſcit, quum auctũ fuerit, decreſcit, quum res intercidunt, mori-
tur quum adeptum [z] ſit. Hæc verò actio licet in patrem & domi-
num propoſita ſit, eiſdem tamen non cõpetit: quum & ſine actio-
ne ſuo iure id de peculio deducere poſſunt, quod tam ipſis debetur,
quàm eis qui in eorum poteſtate, tutela, aut cura ſunt, quoniã ve- 8
riſimile non eſt in peculium id conceſſum eſſe quod ſibi debetur [a],
& peculium nihil aliud eſt, quàm quod ſeruus domini permiſſu ſe-
paratim à rationibus dominicis, & traditũ habet: deducto inde ſi
quid domino debetur [b]. Nullúmque priuilegium eſt quod patri,
minórve præponatur, quum ex perſona filij, aut ſerui conueniun-
tur [c]. Proinde non aliter quàm peculio tenus condẽnari poſſunt,
niſi certe aut iuſſerint, aut in rem verſum ſit quod contractum eſt:
vel etiam tabernę aut cuiuis negociationi alij inſtitores, filium aut
ſeruum præpoſuerint. In quibus caſibus actioni quod iuſſu, de in 9
rem verſo, & inſtitoriè locus eſt, de quibus ſuo poſteà loco dicem⁹.
Verũtamẽ ſi quid filiofamilias aut ſeruo debeatur (quo verbo quã-
tum ad ſeruũ attinet abutimur, factúmq; magis demonſtramus, q̃
ad ius ciuile obligationẽ [d] referamus) inſolidũ patri & dño agere
permittitur: [e] tenetur & filiusfamilias inſolidũ qui contraxit tan-
tiſper ſaltẽ dum in poteſtate eſt [f]. Nam ſui iuris effectus nõ niſi in-
quantũ facere poteſt cauſſa cognita ex cõtractu anteà inito cõdẽ-
natur [g], etiam ſi hæres patris ex minima qui- 10
dem parte fuerit [h], eorúmque prius habenda
erit ratio †, qui cum filiofamilias, poſtquàm
ſui iuris filius eſt contraxerit . Sanè filiofa-

† Ex eo Paul. de Caſt. eleg ãter reſpondit, poſteriorem creditorẽ qui habenti ſacerdotium mutuam pecuniam, dedit ei qui eidem antequàm ſacerdotium obtineret pecuniam quoque credidit, in ſacerdotij fructibus præferendam eſſe. Paulus de Caſt. in dicta l. 3. ff. quòd cum eo.

v l. & ideo eodem.
x d. l. ſumma.
y l. non ſolùm eodẽ.
z l. peculium naſcitur eodem.
a l. peculiũ autẽ deducto eodem.
b l. peculiũ. i. & ii. ff. de pecu.
c l. ex facto eodem.
d l. ſeruus eodem.
e l. ſi cũ filiofa. & l. nec ſeruus eodem.
f l. tam ex cõtractib⁹. ff. de iud.
g l. ii. ff. quod cum eo.
h l. iii. ff. quod cũ eo.

milias

1 milias condemnato aduerſus patrem datur in omnem caſum iudicati actio de peculio, etiam ſi huiuſmodi actio fuiſſet, vt eius nomine pater alioqui de peculio condẽnationem pati nõ deberet, quia in iudicio filiusfamilias contraxiſſe videtur, ac proinde non originem iudicij ſpectandam, ſed ipſam iudicati veluti obligationem [i]. Delictum etiam quoties actione ex contractu concluditur, vt ſi in depoſito, vel tutela filiusfa. malè verſatus ſit, pater de peculio quatenus tantũ id locupletatum eſſet tenetur: [lz] inſolidum verò filiusſ-
2 fa. rectè conuenitur [l]. Tenétque de peculio actio, etiam ſi nihil in peculio ſit quũ ageretur, ſi modo fuerit rei iudicatæ tempore [m]. Quòd ſi poſteaquám de peculio aduerſus dominum actum eſſet is ante rem iudicatam ſeruum vendiderit, etiam eius peculij nomine quod apud actorem quæſierit damnandus eſt: Nam culpa ſua id accidit [n].

i l.iii.§ idẽ ſcribit.ff. de pecul.

lz l.depoſiti il.o tit.

l l.ſed & ſi ex parte.§. i.ff. quòd cum eo.

m l.quæſitum.ff. de pecul.

n l.ſi poſteaquã eod.

Item ſi quis poſtulãte.

Item eſt & actio quę ex iureiurando in factum à Prætore datur,
3 de qua etiam latius diſſerendũ ſuo ordine ſequitur: quę ita demũ locum habet, ſi quis aduerſario poſtulãte, & iuſiurandum deferente, pecuniã quam ab eo peteret deberi ſibi, eíve cuius defenſor aut procurator eſſet, iurauerit [o]. Maximum etenim remedium expediendarum litium eſſe iuriſiurandi religionem iamdudum exiſtimatum eſt, & in vſum venit, vt & vim tranſactionis, ac ſolutionis [p] obtineat †: maiorémque habeat authoritatem, quàm res iudicata [q]. Quod ſanè, quia pleniorem adhuc interpretationem exigit, vt manifeſtus liqueat, exẽplo rem ipſam oſtendemus. Sempronius cum à Titio centum aureos peteret, iuſiurandum ei Titius detulit, vel etiam procurator eius, qui aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtinebat, aut cui idipſum nominatim mandatum fuerat, vel qui etiam in rem ſuam procurator [r] eſſet iureiurando delato (vt vel imprimis neceſſarium
5 eſt, nam alioqui ſuum deferre iuſiurandum improbum eſſet) [ſ] iurauit Sempronius eandem centum aureorum ſummam quam petebat ſibi deberi, & id quidem confeſtim delato iureiurando, ne ſi poſteà ex interuallo iurare paratus ſit nihil hoc iuſiurandum proficiat, quia ex quo delatum eſt, iuratum non eſt [t]. Et id quidem ea ſemper forma fieri debet qua delatum eſt, ſi

4 † *Hic innumeros iuriſiurandi effectus congerunt interpretes, quos apud nos abrogatos prorſus eſſe lector monẽdus erit, quum eorũ plerique uiã etiam malicus aperirẽt.*

o l.nam & poſteà §. iuſiurãdũ. ff. de iureiurand.

p l.iuſiurãdum enim eodem.

q l.i.& .ii. ff. illo tit.

r l.iuſiurãdum quod ex conuentione eodẽ.

ſ d.l.iiii. eodem.

t l.nõ erit. §.vlti.cum l.ſeq.eodẽ.

non illicitum iuſiurãdum improbatæ religionis delatum ſit, quod 6
pro eo haberetur, ac ſi res in iuſiurandum non eſſet admiſſa non
aliter ac ſi propria ſuperſtitione iuratum [t] eſſet. Neque aliam cer-
te iuriſiurandi rationem licitã eſſe ſciendum eſt, quàm per Deum
verum. Cæterum qui per alienos deos deierat ſuæipſius defectio-
nis teſtis [v] eſt. Eo ergo iureiurando, delato, ſuſcepto, & præſtito ſi
necdum Titius qui detulit ſoluat, Sempronio aduerſus eum in fa-
ctum datur [x] actio. Idémque dicendum erit, ſi iuſiurandum mini-
mè præſtitũ ſit, ſed remiſſum. Nempe ſi quum iurare paratus eſſet 7
Sempronius, gratiam ei Titius fecerit contentus voluntate ſuſce-
pti iuriſiurandi [y]: quod & abſenti ignorantíque remitti poteſt [z].
Enimuerò eum à quo iuſiurandum petitur, ſoluere aut iurare om-
nino oportet ſi non referre iuſiurandum malit [a]. Alioqui manife
ſtæ turpitudinis & confeſſionis eſt, nolle nec iurare, nec iuſiuran-
dum referre [b]: niſi fortè iuſtam recuſandi iuriſiurandi cauſſam ha
beat is cui delatum eſt [c]. Quemadmodũ autem actori de quo hac-
tenus dictum eſt ex iureiurãdo à ſe præſtito datur actio, ita & reo 8
qui iurauit accommodatur exceptio, ſi poſtulãte ex aduerſo acto-
re & iuſiurandum deferente, reus ſe non debere iurauerit, de qua
quidem exceptione ſuo poſtea loco plenius dicturi ſumus. Et quã-
uis in perſonalibus iudiciis de quibus exemplum tantum poſui-
mus, ex iureiurando exceptio ſola reo propoſita ſit, in realibus ta-
men iudiciis ſi rem de qua quæritur verè ſuam eſſe iurauerit, & nõ
petitoris rem non eſſe tantum dixerit (quia ſola tum cõpeteret ex-
ceptio) non modo habebit exceptionem, qua poſſeſſionem ſuam 9
tueri poſſit: ſed & actionem, ſi res fortè ab eo poſſideatur qui iuſiu
randum detulit [d], eóue qui in eius locum ſucceſſit, et ſi in rem ſuc-
ceſſerit: aduerſus alium verò nihil hac actione vti proderit, quum
alij nocere non debeat quod inter alios actum [e] eſt. Neque refert
quum de reali iudicio agitur, an is qui rem ſuã eſſe iurauerit, cauſ-
ſam expreſſerit, nécne quia facilè ſemper intelligitur generalis
cauſſa domini [f]. Vnde non ſolùm in factum actio, ſed & vtilis rei
vendicatio competit. Quod in perſonalibus iudiciis longè diuer-
ſum eſt. In quibus cauſſam cur debeatur, exprimi oportet: niſi ex 10
his quæ anteà acta ſunt, expreſſam fuiſſe cauſſam conſtet: quum ea
ſemper cauſſa ſatis intelligatur, de qua quæſitũ fuit, & ad eam non
aliter refertur iuſiurandum, quàm iudicis ſententia ad acta ipſius
litis

t d.l. non erit.

v Exod. c. 23. cap. & ſi Chriſtus. de iureiur. extra.

x l. actori. C. de iureiurand.

y l. remittit. ff. illo tit.

z l. Labeo. ff. eod.

a l. iuſiurádum, & ad pecunias. §. ait prætor eodem.

b l. manifeſtè. ff. illo tit.

c l. generaliter. C. eodem.

d l. nam & poſtea. §. vlti. cum. l. ſeq. illo tit.

e l. an eandẽ. §. actiones. ff. de excep. rei iud.

f l. ſi actor ff. de iureiurand.

1 litis [h]. Proinde ſi Titius iurauerit aliquid tibi vendidiſſe, tam ex empto, quàm in factum agere poterit. Veruntamen ſi precium nominatim non expreſſerit, ad precium conſequendum rectè Titius tecum aget. Quod & in reliquiis perſonalibus actionibus idem dicendum erit [i]. Planè per hanc actionem non illud quæritur an ei qui ea experitur, pecunia debeatur: ſed tantum an iurauerit, quaſi ſatis iureiurando probatum [lz] ſit. Poſteriórque iuriſiurandi cauſſa potior ſemper habetur, adeò vt neq; de periurio poſteà quæratur.

2 Diuinam nanque vltionem ſatis habet contempta religio [l], nēpe exitium †. Non tamen propterea iis exceptionibus vti prohibemur, quæ iuriſiurandi vim & religionē minimè ſubuertūt, veluti ſi quis (vt iam diximus) rem me vendidiſſe iurauerit, & rem petat, vt preciū ſoluat excipere potero, niſi de eo quoq; ſoluto nominatim iuratum [m] ſit, aut ſi in fraudem creditorum iuſiurādum debitori delatum

3 ſit, aduerſus iuriſiurandi exceptionem doli excepto creditoribus proderit [n], vel etiam ſi ritè iuratum non eſſe contendas, & ea forma qua oportuit, eúmve iuraſſe qui non potuit, eo ſaltem deferente qui detulit: veluti furioſo, prodigo, aut pupillo, alióque ſimili, cui rerum adminiſtrandarum ius non eſt [o]: quanuis earum perſonarum iuſiurandum aduerſus, omni modo cuſtodiri debeat, qui contentus eo fuit quum de-

4 ferret [p], vel poſtremò etiam ſi in ea cauſſa eſſet, in qua iurari non poſsit. Eſt & aliud quoddam iuriſiurandi genus ad cauſſę agnitionem ſpectans, quod non aduerſarius defert, ſed à iudice ſupplendę probationis gratia defertur [q] †. Idque ab eo cuius intereſt, ſi negocij conditio poſtulet, ante litis cōcluſionem poſtulandum eſt [r]. Poſt quod exactum nonnūquam permittitur ex integro cauſſam agere [ſ]. Idque iuſiurandum aliquando inpurga-

5 tionum defertur. Iuſiurandum etiam in litem eſt, per quod lis ex affectione iurantis æſtimatur, & in arbitrio iudicis eſt. Item & iuſiuran-

† Vlectitur tamen periurium pont. ficum decretis atque etiam ciuili iure, Quod quomodo intelligendum ſit, Vide in cano. quicūque. 6. q. 1. & l. ulti. de crimi. ſtell. ff Guido papæ. q. 17. & in. l ſi quis maior. c. de tranſact.

† Hodie iudex ad certiorem tantum deliberationem hoc iuſiurandum interponit, & nō in ſemiplenæ probationis ſupplementum adhibetur: Hócque modo defertur, ut decernat iudex litigantium alterum abs ſe interpoſito iureiurando examinandum ſuper quibuſdam controuerſiæ capitulis.

h l. in ſumma. ff. de re iud.

i l. ſi duo § ſi quis. iurauerit. ff. de iureiur.

lz l. nec erit. §. dato eodem.

l l. ii. C. illo tit.

m l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff. eodem.

n l. nā poſt cacuam. §. ſed & ſi quis eod.

o l. tutor. §. i. & l. iuſiurādū quod ex conuentione eodē.

p l. qui iuraſſe. ff. eo.

q l. admonendi eod.

r Frā. Curtius in d. l. admonēdi.

dum,quod de calumnia † appellatur ſ, quo actor reúſque nihil ca 6
lumniandi animo ſeſe in cauſſa facturos polli-
centur . Aliúdque quod ad futurorum confir-

† Huius iuriſiurandi loco conſtitutionibus noſtris anteà erat introductum,quoties lis inficialiter conſtituta erat,ut libellũ nudum facti narrationem continentem pars altera offerret,quem à calumnia uacare affirmaret,altera itidem ſacramento interpoſito per ſingula capitula reſpõderet, an ea uera crederet nécne. Quæ poſteà formula Franciſci cõſtitutione abrogata eſt, & huius loco permiſſum eſt partium utrique à iudice petere,ut ſuper capitulis ultro citróque propoſitis aduerſarius interrogaretur:gra
uiſſima mulcta ei impoſita ,quẽ calumniæ cauſſa factum propoſuiſſe,aut improbè inficiatum 7
eſſe conſtiterit.

mationem ex partium conuentione † ᵗ interponitur. De quibus quia hic non agimus,ad reliqua tranſeamus.

† In oĩbus hodie propè reſcriptis,quibus contractuum reſciſſionẽ impetramus,hæc ferè ſemper adiici ſolet clauſula, ut reſtitutionem impetrans ab idoneo pontifice iuriſiurandi religione exoluatur,neque in eã rem aduerſarius uocatur,ſed ſine cauſſæ cognitione ſacramenta hæc ab epiſcopo uel archiepiſcopo indiſcriminati remittuntur,eóque iure utimur, Vide Guido pap.q.140.

ſ l.cum & iudices.C. de iureiur. prop. calũ.

t l.ſacrata. puberũ. C.ſi ad cre.

Pœnales quoque.

SVnt & pœnales † actiones,quas etiam prætor magno in nume 8
ro introduxit, quibus pœnã ſolam ab eo cui
nihil adeſt,petimus : tametſi nihil nobis quoq;
abſit, veluti de eo primo loco exemplum erit,
qui aliquid ex albo Prætoris corrupiſſet , ĩ quo
(nimirum in tabula quadã gipſata & dealbata)
Prætorum edicta pro roſtris publicè proponere moris olim fuit,vt ſcirent ciues quod ius de
quaque re quiſque dicturus eſſet. Edicti pretorii verba ſunt hæc : Si quis id quod iuriſdictio- 9
nis perpetuæ cauſſa, non quod prout res incidit,in albo,vel in charta,vel in alia materia ꝓpoſitũ erit,dolo malo corruperit : in eũ quinquaginta aureorum iudicium, quod populare
eſt, dabo. Verùm in eos qui inopia laborant,
corpus torquendum erit ˣ. Sed & qui edicta propoſita dolo malo
corruperint,falſi pœna plectuntur ʸ. Atque etiam lege Iulia pecu 10
latus,ſi quid in tabulis publicis depictis deleuerĩt, vel induxerĩt: ᶻ
modo id quod palàm expoſitum eſt, ad vſum publicum & perpetuum propoſitum ſit. Nam ſi quid temporarium & priuatum fuiſſet, vt de aliquo in ius vocando,aut aliquid eiuſmodi,prout res incidit,

† Hìc monendi erimus pœnas omnes hoc iure ĩtroductas,de quibꝰ poſteà dicturi ſumus antiquatas eſſe. Haud quaquam tamen propterea negligendas , quoniam & ſi iis minimè uti præſcripta ſunt utimur. Iudicis tamen religionem in pœnis eiuſmodi decernendis (quæ plerunque arbitrariæ ſunt) interim inſtruunt.

x l. ſi quis id quod. de iuriſd.om. iud.ff.

y l. iii.ff. ad.l.Corn. de falſ.

z l. qui tabulam .ff. ad.l. Iul. pecul.

1 cidit, ceſſaret hæc [a] actio: quanuis neque id quidem impunitum
manſurum ſit, ſed pro perſonæ delictique qualitate pœnam extra
ordinem à iudice ſtatui oportebit. Si plures ſint qui corruperint,
ſuſtulerint, vel horum alterum fieri mandauerint, omnes inſolidũ
tenentur [b]: adeò vt non ſufficiat vnum eorum pœnam [c] luere, do
minúſque pro ſingulis ſeruis ſuæ familiæ quæ album corrupit, in
ſolidum teneatur, quoniã plura ſunt facta, & quiſque aliquid con-
ferens ad album corrũpendum, Prætoris maieſtatẽ læſerit. Quod
2 in damno iniuria [d] dato aut conuicio alicui facto idẽ eſt, in quibus
ſingulorũ proprium eſt maleficium, quia tantò maior eſt iniuria,
quantò amplioribus admiſſa: tótque ſint iniuriæ, quot & perſonæ
facientium [e]. Verum in furto aliud eſt, quum non in ſingulos fa-
miliæ ſeruos quæ furtum cõmiſit, pœnæ perſequutio detur: ſed id
præſtare ſufficit, quod præſtandum foret, ſi id vnus liber feciſſet,
ne ex delicto tota familia dominus careat: [f] ídque ideo tam variè
in furto conſtitutum eſt, quoniam quum id à pluribus commiſſum
3 eſt, nihil magis nocet, quam ſi ab vno commiſſum eſſet: Idémque
in omnibus reliquis ex delicto pœnalibus actionibus eandẽ cauſ-
ſam habentibus, in quibus quoties corpus aut familia deliquit, ſin-
guli inſolidũ minimè tenẽtur [g]. Si tamen nõ tam ex delicto q̃ qua-
ſi ex delicto pœnę petitio ſit, vt ſi plures in eodẽ cœnaculo habitẽt,
vnde aliquid deiectũ aut effuſum eſt: In quẽuis actio datur, & qui-
dẽ inſolidum: quoniam impoſſibile eſt ſcire quis deiecerit vel effu-
derit, Sed hoc ita vt ſi quum vno actũ fuerit, cæteri liberẽtur. Rea-
4 tus etenim omnium inhabitãtium ab alieno facto originem ſum-
pſit [h]. Porrò quoties pœnæ petitio cum rei perſequutione miſta
eſt, & vt intereſſe petitur, quando ſcilicet actori abeſt, reo tñ nihil
adeſt, aut cõtra quanuis ex plurium delicto eodẽ tempore cõmiſſo
ſinguli inſolidum teneantur, perceptio tñ ab vno alterum liberat,
quum nihil amplius actoris interſit [i]. Itẽ aliud eſt pœnalis actio-
nis exemplum in libertum, qui patronum in ius vocaſſet quum id
non impetraſſet. Conſtat enim inter dominum & ſeruum nullum
5 regulariter conſiſtere poſſit iudicium, † ſed inter patronum & li-
bertum ſępe incidere poteſt cõtrouerſia: ita ta-
men vt interim ſemper ratio reuerẽtiæ habea-
tur. Simili modo à Prætore vetitum eſt eman-
cipato filio patri diem dicere ſine præcatione

† *De monacho aduerſus abbatem idem receptum eſt, de quo pleniſſimè habes per Panor. conſil. 88. in priori parte.*

a d. l. ſi quid id quod.

b eadem l. ſi quid id quod.

c l. adeò illo tit.

d l. ſi plures. ff. de iniur.

e l. illud. ff. ad. l. Aquil. & l. i. ff. ſi fam. furt. fec. dicat.

f d. l. ſi plures de iniur.

g l. item mela. §. ſi ſeruũ plures. ff. ad. l. Aquil.

h l. iii. cum l. ſeq. ff. de iis qui de. vel effud.

i l. i. §. ſi plures, ff. de eo per quem. fac. & l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam.

veniæ †. Nam quantum ad filiũfamilias attinet, lis nulla cum eo 6
& patre eſſe poteſt, niſi ex Caſtrenſi peculio [k],
aduentitióque, ſi id pater perdat & diſſipet [l].
Enimuerò qui emancipat, videtur facultatem
contra ſe experiundi concidere, intereà tamen
pietatis ratiõe minimè poſtpoſita. Aedicti Prę-
torij de ea re verba ſunt hæc parentem, patro-
num, liberos, parentéſq;, patroni patronemq;,
in ius ſine permiſſu meo ne quis vocet [m]. Pla- 7
nè in eum qui aduerſus ea fecerit, quinquagin-
ta aureorum ex hoc edicto Prætoris iudicium
proponitur: quòd nec hæredi, nec in hæredem, nec vltra annũ da-
tur [n]. Libertus autem ſi hanc pœnam præſtare non poterit, quaſi
inofficioſus litigator caſtigatur [o]. Neuter verò, ſiue filius, ſiue li-
bertus, prætextu ruſticitatis aut imperitiæ (vt in ſuperiori iudicio) 8
excuſabitur, quum vel ſolus ipſe interior naturæ mẽtiſque inſtin-
ctus, eos tam in officio continere debuerit, quàm etiam debitæ pa
rentibus vel patronis, & pietatis, & reuerentiæ ſatis admonere [p].
Edicto enim pietas illa naturalis cauſſam dedit, qua quiſque parẽ-
tes ſuos, & eos qui parẽtum loco ſunt, proſequi debet [r]. Patronum
hìc accipimus, qui ex ſeruitute manumiſit, vel colluſione detexit,
vel ſi quis præiudicio pronuncietur, libertus eſſe, qui alioqui non
fuit: aut ſi quis iurauerit libertum ſuũ eſſet [q], quíve ex cauſſa fidei-
commiſ. manumiſit [r], vel ſi quis hac lege emerit, vt manumittat, 9
& ex cõſtitutione diui Marci ad libertatem peruenerit [ſ]. Parentẽ
verò non ſolũ vſq; ad tritauũ, ſed & quẽcunq; ex aſcẽdentibus in
infinitũ intelligimus: [t] quũ neq; parentũ gradus Prætor enumera-
uerit [v], ídq; honeſtius ſit [x], etiã ſi naturalis tãtum pater ſit (vna eſt
enim oĩbus parẽtib⁹ ſeruãda [y] reuerẽtia) aut adoptiu⁹, ídq; iure ma
gis poteſtatis q̃ præcepto Prætoris [z]. Quæ certè pſonæ à liberto fi-
lióve ſine pmiſſu Prętoris in ius vocari nõ poſſunt, qui haud dubiè
permiſſurus erit, ſi famoſa actio nõ ſit, & quæ pudorẽ non ſuggil- 10
let, quãuis interdũ ex cauſſa famoſa permittere debeat, vt ſi libertũ
patronus grauiſſima ĩiuria affecerit, vel flagellis fortè [a] cecidit, aut
alioqui durius † habuerit [b]: lenis attamẽ caſti-
gatio patrono vtiq; pmiſſa eſt [c]. Propterea au-
tẽ filius libertúsve minimè excuſabitur, quod
parẽtẽ patronũ ĩ ius ſine venia pcuratorio no-

k l.lis nulla. ff. de iu.
l l.i.C. de bon.mat.
m l.iiii.ff. de ĩ ius vo.
n l.penul. eodem.
o l.vl.eod.
p l.venia. C. illo tit.
q l.adoptiuum.§. pnũ.codẽ.
r l.lis quoque.eodẽ.
ſ l.ſed & ſi. eodem.
t l.iiii.eod.
v l.i.§.i.ff. de leg.pręſtand.
x d.l.iiii.
y l.parentes.illo tit.
z l.adoptiuum.eod.
a l.ſed & ſi §. prætor ait.eodem.
b auth.ad hoc.C. de lati.lib.tol.
c l. Prætor edixit.§ prætor ait.ff. de iniur.

† *Moribus noſtris ea ueniæ impetratione nõ utimur, cõſiſtitque inter patrem & filium hodie ex quacunque cauſſa iudicium, nulla patriæ poteſtatis ratione habita quo ad iudicia.* Vide Guido pap.q 54. & 410.

† De *patronis hodie aduerſus cliẽtes, uide ampliſſimè* Guiller. Bene. in cap Raynutius in uerb. reddiderit. i.

mine

1 mine vocauerit, quũ ſit qđ ei ĩputes q̃ officiũ hoc volũtariũ ſuſcepe rit[d], qđ nõ æquè in eo dicẽdũ eſt, qui ſemel fact⁹ tutor quũ admini ſtrationẽ tutelę ſubterfugere nõ poſſet neceſſitate officij ad id cogi tur[d]. Patroni tñ vel parẽtes, vt tutores noĩe alieno ſine venia in ius vocãdi nõ erũt[e]. Poſſum⁹ & tertio loco pœnalis ĩ factũ actiõis exẽplũ adducere de eo q̃ vi exemerit eũ qui ĩ ius vocaretur, aut dolo fecit quo magis vi eximeretur: qua quidẽ actiõe nõ id cõtinetur qđ in

2 veritate eſt, ſed quãti ea res eſt ab actore æſtimata de qua cõtrouerſia eſt. Quòd ſi plures vi exemerint, ĩ ſingulos dabit̃ actio, & nihilomin⁹ manet qui exẽpt⁹ eſt obligat⁹[f]. Vñ pœnale eſſe hoc iudiciũ cõſtat, edicto nẽpe de ea re à Prętore ꝓpoſito, vt pœnarũ formidine eos cõpeſceret, quib⁹ iudiciorũ ordo cõtẽptui eſſe ſolet, quiq; in ius vocatos vi eripiũt[g], quorũ exẽptione factũ eſt, quo min⁹ quis in iudicio ꝓduceret, qm̃ alioqui ſi nihilomin⁹ ꝓduct⁹ eſſet pœna ceſſat[h], aut ſi pſona q̃ in ius vocari nõ potuit exẽpta ſit: veluti parens, patron⁹, cęteræq; pſonę[i]. Nã & ſi vterq; cõtra edictũ faciat, & libertus qui patronũ in ius vocat, & is qui patronũ vi eximit,† dete-

3 riore tñ loco libert⁹ eſt, qui in ſimili delicto petitoris partes ſuſtinet[k]. Idẽ erit in eo qui aliò q̃ debuerat in ius vocatus eſt, vel cui ius eſt ibi nõ cõueniri, aut etiã ſi is in ius vocat⁹ ſit, cũ quo iudiciũ eſſe nõ poteſt[l]. Verũ ſi quis eũ qui ꝑ calũniã vocabatur exemerit, tenebitur: quia vocari potuit, & ad iudicẽ de calũnia poſteà cognoſcere ꝑtinet. Eſt & aliud edictũ de eo ꝑ quẽ factũ eſt quomin⁹ quis iudicio ſiſtat, quod etſi ab eo de quo iã locuti ſum⁹ differre nõ videatur, inter vtrũq; tñ nõ parũ intereſt. Nã in

4 priore vi opus eſt, hic dolus ſufficit, etiã ſi nulla vis acceſſerit[m]. Vt ſi quis veniẽti ad iudiciũ triſte aliquid ꝓnũciauerit, ꝓpter quod ad iudiciũ nõ veniſſet: licet quidã putẽt ſibi eũ imputare debere qui ta credulus fuit: (Sapiẽtiæ enĩ nerui ſunt, nõ temerè credere.) Verũtamẽ quũ credulitas ipſa error ſit magis q̃ culpa, & quidẽ ĩ optimi cuiuſq; mẽtẽ facilè irrepat aliud obtinuit[n]. Itẽ ſi plures dolo fecerit, quominus quis iudicio ſiſtat, & vnus pœnã præſtiterit, cæteri libe-

5 rãtur, quum nihil interſit[o]: in iis verò qui vi eximerint aliud omnino diximus. Propterea nõ minus ipſi reo impedito, quàm actori qui in ius vocauerit ſuccurrit edictum de eo per quem factum erit, quominus quis iudicio ſiſtat propoſitum. Reo nãque aduerſus impedientem actorem exceptio, alium verò quàm actorem actio

† De clerico qui à fori ſecularis apparitoribus eximitur, uide Guido papa. q. 73.

d l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procur.

d l. quæſitum. ff. de in ius voc.

e l. ſed & ſi. §. vlt. illo tit.

f l. pen. §. 1. & ii. ff. ne quis eũ qui in ius voc. eſt vi exi.

g l. 1. illo titu.

h l. penul. eodem.

i l. i. eod.

k l. ii. eod.

l l. ſed eximẽdi. §. itẽ eodem.

m d. l. i. §. ſi plures.

n d. l. i.

o d. l. i. §. ſi plures.

q d.l.i.§.ſi ſciens.

datur q, ſicut ipſi quoque actori aduerſus eum qui dolo fecit quo 6
minus in iudicio reus ſiſtat, eadem competit actio quanti reum ſiſti eiuſdē interſit. At in ſuperiore edicto ſoli actori prouiſum eſt r. Denique poſterius hoc edictum propriè tantum locum habet poſt cautionem iudicio ſiſtendi cauſſa propoſitam, illud verò quandocunque exemptio in ius vocati facta ſit. Porrò actionū harum pœnalium exempla hæc hoc loco propoſuiſſe ſatis erit, ne ſi cæteras omnes pœnales actiones quę prope innumeræ ſunt perſequamur, 7
immenſum ſit, de quibus etiam paulò pòſt dicturi ſumus.

r l. ex hoc eodem.

Præiudiciales actiões.

POſtremùm illud de Prætoriis actionibus adiiciendum eſt, quaſdam ex his adhuc ſupereſſe quæ præiudiciales appellantur. Sūt enim præiudicia res ſeu cauſſæ quæ ſemel ſtatutę & anteà iudicatæ ſequenti poſteà negocio certam formam, aut ſunt præſtaturæ, aut diffinitionem allaturæ. Proinde tam agendo quàm excipiendo ſi quid tale incidat quòd vel anteà iudicatum præſens negotium dirimat, vel quod prius iudicandum ſit, reddit præiudi- 8
cium, ita vt quod anteà diffiniendum eſſe videtur, nō ſit cum alia cauſſæ cognitione miſcendum ſ. Et ob id præiudiciales actiones hoc loco dicimus, quibus de quęſtione ſtatus pręiudicari petimus. Quæ quanuis reales quidem videātur ob id quod quæſtione de iis terminata, res poſteà petitur & vendicatur, re vera tamē perſonales magis ſunt: veluti quibus de perſonæ tantū ſtatu agitur, vt eo præiudicato vendicationi locus ſit: non aliter atque ad exhibendū 9
actio, per quam re exhibita ad vendicationem peruenitur. Inter præiudiciales ergo actiones primo loco ſunt, hæ quibus de liberali cauſſa quæſtio mouetur, an aliquis liber ſit an ſeruus. Iure enim ciuili atque legitimo cautum eſt, vt ex ſeruitute ad quam immerito protruſus quis eſſet in libertatem ante omnia proclamare liceret, rurſúſque ex ementita libertate in ſeruitutem redigere. Et per hāc præiudicialem actionem aſſeritur, deffenditúrq; præſens † poſſeſſio alterius cōditionis t. Non ſi ex fideicommiſ- 10
cauſſa libertas petatur, nā id aliud eſt perſonale iudiciū, quo poteſt qui ſeruus eſt cum domino agere

ſ l.i.&.iii. C. de ord. cog. &.l. ordinata. ff. de lib. cā.

t l. liberalis illo titu.

† Natalium hodie claritas, quam nobilitatē dicimus, nō ſic hodie præſenti poſſeſſione, quoad tributorum, uectigaliúmque immunitatem attinet, defenditur. Sed ſtatim atque ea quis turbatur, niſi ipſam præſenti idoneóque titulo tueatur, ea decidit donec in ea cauſſa eſſe eum, ut claritati natalium reſtitui debeat, fuerit pronunciatum. Quod ſanè apud tributorum & uectigalium ſummos ſecundariósque iudices, exactiſſimè ſeruatur.

1 no agere, vt ab eo manumittatur [v]. Sí cui tamẽ directa libertas ex
teſtamento relicta eſſet, ea quoniam ipſo iure competit, ſtatim libe
rali iudicio ꝓpugnari poteſt [x]. Itẽ & ſecundo loco pręiudicialis ea
eſt actio qua quæritur an quis ingenuus ſit, vel libertus, ſiue opere
petãtur: Aut officiales, quarũ proprietas in edẽtis perſona, & eius
cui eduntur conſiſtit [y], id eſt, quæ in ſerui miniſterio, & ex domi-
ni commodo ſunt, in eiúſque perſonã nempe victum, curationẽ,
ocium, quietem, & voluptatem referũtur [z]. Aut fabriles vel artifi-
2 ciales, quæ à quocunque & cuicunque ſolui poſſunt, neque perſo-
nam domini, ſed opus ipſum tantum reſpiciunt [a], ſiue obſequium
deſidetur, vt patrono libertus aſſurgat, ipſum veneretur, ſanctam
& honeſtam illius perſonam habeat, omniáque ad ſynceram pie-
tatem redigat [b]: ſiue famoſa actio intendatur, ſiue in ius vocetur
qui ſe patronum dicit, vel etiam ſi vlla cauſſa interueniat, aut ſi li-
bertum ſe eſſe quis fateatur, libertum autem Caij Seij ſe neget. Nã
ſemper idem prę iudicium datur. Sed actoris partibus fungitur qui
3 ſe patronum dicit, probaréque libertum ſuum neceſſe habet, aut ſi
non probet vincitur [c]. Eodémque modo quoties operę quaſi à li-
berto petuntur, probationes ab eo qui ſe patronum dicit exigũtur.
Poſtremò præiudicialis dicitur actio quando de partu agnoſcendo
agitur, quòd pro eo interdum partu fit qui poſt diuortium æditus
eſt, & tum ad ſenatuſconſultum Plautianum id pertinet, quo mu-
lieri permittitur, parentíue eius in cuius poteſtate eſt, vel cui man-
datum ab eis eſt, ſi putet prægnantem, denunciare poſt dies trigin-
4 ta poſt diuortium connumerandos ipſi marito, vel parenti, in cu-
ius poteſtate eſt, aut ad domũ denũciare ſi nullius eorum copiã ha
beat ſe prægnantem eſſe. Contrà quoq; marito permittitur denun-
ciare ex ſe prægnantem non eſſe, aut cuſtodes mittere. Quòd ſi ho
rum nihil egerit, alere vt ſuum cogendus erit, nõ tamen ſuus effi-
citur, donec iudex in ea cauſſa eſſe, vt agnoſci debeat pronũciaue-
rit [d], interdum verò de eo partu agnoſcendo agitur qui conſtante
matrimonio fuit æditus, & tum alteri ſenatuſconſulto quòd diui
5 Adriani temporibus factum eſt locus eſt, vt etiam de agnoſcendo
eo cum patre agatur, aut auo etiam ſi eo ſuperſtitę poſt mortem pa
tris naſcitur partus in cuius poteſtatem re caſurus eſt, & ex cuius
filio ſuſceptus eſſe ꝓbetur. Sed & ſi diſceptetur an vxor fuerit quæ
peperit, locus etiam erit præiudicio [e]. Planè ſi parẽs neget filium,
ſummatim ſuper ea re à iudice cognoſcendum erit [f], vt ſi filiũ vel

v l. vix certis. ff. de iud.

x l. ſi tibi teſtamẽto, C. de lib. cauſa.

y l. opere in rerũ. ff. de op. lib.

z l. vt iuris §. debetur. illo tit.

a d. l. opere in rerũ.

b l. i. & . ii. & . l. liberto. ff. de obſeq. à lib. præſt.

c l. vlt. ff. ſi lib. ĩg. eſſe dica.

d l. i. §. plane. ff. de li. agnoſc.

e l. ſiue cõtra. §. i. illo tit.

f l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens eodem.

parentem eſſe conſtet, ali iubeat, licet verò ali oportere pronũciatum ſit, ea res tamẽ veritati præiudiciũ non faciet [g]. Meminiſſe autem oportebit ſenatuſcõſultum aliud Carbonianũ eſſe quo omnis quæſtio ad pubertatem vſque differtur, quum impubes eſt filius de quo agitur. Interímq; tam alimenta q̃ bonorum poſſeſſionẽ eum cõſequi [h]. Sanè ei qui ſe filiũ dicit iuſtę coniecturę ſufficient, veluti quòd ex matre legitima, vicinis ſcientibus natus ſit, matimonio cõ ſtante, & intra tẽpora legitima [i]. Cæterum parẽtem aliter probare demonſtraréve poſſibile nõ eſt [k]. Nam non vt mater quæ ſemper certa eſt, ita pater certus eſſe poteſt, quem ſole nuptiæ demonſtrant [l]. Tres igitur prȩiudiciales actiones diximus, ex quibus vna ferme illarũ legitimam & ciuilem cauſſam habet, per quam queritur an aliquis liber ſit, ſed & de quibuſdam quæ ad eam pertinent Prætor etiã edixit [m]. Cæteræ verò ex Prætoris ipſius iuriſdictione ſubſtantiam capiunt. 6

7

Sic itaque diſcretis.

SIc igitur hactenus diſcretis actionibus, tam in rem q̃ in perſonã, 8
ſatis manifeſtũ fecimus rem omnẽ, aut peti quæ noſtra quidem pleno iure non eſt, ſed nobis ex aliqua cauſſa qua perſonã ipſam ad eam dandam vel faciendá vrgemus, debeatur, aut quam pleno iure ad nos pertinere aſſerimus (quod niſi liqueat Publicianã veluti in manum dedimus) vt aut tradatur, aut reſtituatur: nunq̃ verò vt detur quãdoquidẽ rem eam cuius dominium penes nos habemus, ita petere non poſſumus, Si apparet aduerſarium mihi dare oportere. quoniã quod noſtrum eſt nobis id dari nõ oportet. Dari enim 9
intelligitur quod ita datur, vt noſtrum fiat, ſed quod noſtrũ eſt fieri magis noſtrum nullo modo poteſt, neq; amplius q̃ ſemel rem noſtram (quæ noſtra eſſe non [n] deſiit) facere poſſumus [o], quando ita ſit ex vna ſola cauſſa dominiũ contingere poſſe [p], poſterioremq; cauſſam priori nouũ dominium nõ adferre. Tametſi verum ſit ex pluribus cauſſis, ſi in idem tempus cõcurrant rem noſtrã tum fieri poſſe [q], vel etiam infirmius dominium nempe vtile, vt emphiteuticum, in verius firmiúſq; dominium poſſe verti [r]. Planè in cauſſa 10
furti ſingulari quodã iure proditum eſt, dominũ rem ſuam à fure condicere poſſe [ſ]. Et quemadmodum variis actionibus vti cõceſſum eſt eis quibus fauendum eſſe iure exiſtimatum eſt, ita per contrarium quoque odio furum ne quando actio deficiat, aut ipſi effugiant, non vna tantum actione vinciendos eſſe viſum eſt quo pluribus,

g l.ſi iudex.ff.de iis qui ſunt ſui vel alie. iur.
h l.i.ff.de Carb.edic.
i l.filiũ.ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ſi vicinis.C. de nup.
k l.Luci⁹.ff.de cond. & demon.
l l.quia ſemper.ff. de in ius voc.
m l.certiſſimè.ff.de lib. cauſſa.
n l.ſi rem meã.ff.de verb.obli.
o l.iii.§.ex plurib⁹.ff. de acq·poſ.
p l.an eãdẽ.§.actiones.ff.de excep.rei iud.
q d.§ ex plùribus.
r l.i.& illic Accur. C de dona.
ſ l.vl.in fi. ff. vſuſſr quẽad. cu.

1 ribus, arctioribuſq; actionibus teneātur. Ideóq; effectum eſt, vt extra pœnā dupli aut quadrupli quā actione furti perſequimur, rem etiā noſtrā ſublatā ſic per cōditionē furti à fure petere poſſimus, Si apparet eū dare oportere. Licet aduerſus eundē nō deſit in rem actio, per quā rem quæ noſtra eſt, vt nobis reſtituatur [t] petere conceditur. Sed plus habet furti cōdictio q̄ ipſa rei vendicatio, in illa nāque quoquo modo res quæ petitur in humanis eſſe deſierit (ſi rem domino fur nō obtulerit) ſemper durat æſtimationis cōdictio, idq;
2 tēpus ſpectatur quo res vnq̄ plurimi fuit, maximè quum deteriorē rem factā fur dando nō liberetur, quia videtur qui inuito domino rem cōtrectauerit, ſemper in reſtituenda ea quam nec auferre debuit moram facere [v], quod in rei vendicatione nō æquè conſtitutum [x] eſt. Idem etiam ſi quis furtū in re cōmodata & depoſita cōmiſerit, quāuis in commodati & depoſiti actione vltra culpam & dolum malum facilè nō teneatur, in omnem tamen caſum hac cōdictione furtiua [y] tenetur.

t l. in rem ff. de rei vēd.

v l. in re. furtiua. & l. vlti. ff. d. cond. furt.

x l. item ſi verberatur §. vlti. cum ll. ſeq. ff. de rei vend.

y l. qui furtum. ff. de cond. fur.

3

Appellamus autem.

PОrrò ne quis forſan nominum varietate fallatur, id vnū poſtremo tādem loco ſcire oportet, appellare nos omnes in rem quidem actiones, vendicationes. Vnde & rem vendicare nō aliter atque in rem agere dicimus, hoc eſt, rem aliquā vt propriam aſſerere, ctcōſtarive, eandémq; petendo veluti ſibi aſſumere. In perſonā verò actiones, quibus dare, tradere, reſtituere etiā, aut facere quoquomodo oportere intenditur, generali quoq; verbo condictionis
4 vocamus. Condicere enim propriè eſt duorū aut pluriū inuicē aliquid denunciantium, idcirco moris olim fuit, vt qui litem cum aliquo habiturus eſſet, prius ei denunciaret, vt hoc aut illo die ad iudicium accipiendum, aut litem proſequendam adeſſet, ſéque iudicio ſiſteret. Vnde per abuſionē condictiones poſteà appellatæ ſunt in perſonam actiones, quæ ex omni cauſſa, & ex omni obligatione perſonali competunt [a]. Attamen nulla hoc tempore aduerſario fit denunciatio, vt ei denunciare petitor teneatur [b], qua die actu
5 rus ſit. quanquam & humanius & ciuilius facturus [c] ſit, ſi anteà debitorem admoneat atque interpellet, nec niſi omnibus tentatis in forum deſcendat. Alioqui ſi confeſtim in iudicio prima ſtatim conuentione ex improuiſo vocatus debitor bonam fidem cognoſcat, ſumptus litis durus inciuiliſque creditor nullos merebitur [d].

a l. certi cōdictio. ff. ſi cert. pet.

b l. debitores. C. de pignor.

c l. quidā hiberus. ff. de ſer. vrb. præd.

d Vide Fely. in ca. licet Hely. de ſimo.

NVnc ergo ad aliam & conſequentem actionum diuiſionem 6
veutum eſt, poſtquã de pręcipua ſummáque illarum diuiſione
ſatis ſupérq; diximus. Atq; quum ſatis conſtet actionum omniũ fi-
nem, vt initio dictũ eſt perſecutorium eſſe, non ſolùm earũ actio-
num quæ in rem ſunt, quibus res noſtras vendicamus, ſed & quæ
in perſonam etiã ſunt, per quas à perſonis id quod nobis debetur
perſequimur. Proximum eſt vt actionum ipſarum effectum vſum-
que propius indicemus. Sunt igitur quædam actiones rei perſe-
quendæ gratia comparatæ, quædam pœnę perſequendæ, & quædã 7
miſtæ, quibus & rem & pœnam ſimul perſequimur. Quod ſanè
diſcrimẽ non parui eſſe momenti, vel ex eo quòd anteà proximè
in tranſcurſu tetigimus conſtat. Pœnali nempe actione pœnam ſo
lam nos perſequi ex maleficiis, vel quaſi ex meleficiis. Quæ præ-
tereà pœnales actiones (vt ex ſequẽtibus apparebit) hæredibus dã-
tur, non in hæredes, niſi quatenus ad eos peruenit, dolóve aliquid
geſſerint, aut niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata: in quibus
vnius ſolutio alios eiuſdẽ pene reos non liberat [e], & corpore lui 8
tur quod inopia præſtari non poteſt [f]. At in actionibus quibus rem
nudam perſequimur, quod aut noſtrum eſt, aut notis debitum, vel
noſtra habere, intereſt tantum, non etiam pœnam perſequimur,
& tam hæredibus quàm in hæredes æquè perpetuo dãtur, vniuſq;
ſolutio alios liberat [g], quod ſi ſoluendo non ſit qui debeat bonorũ
ceſsione liberari poterit [h]. Has igitur actiones, vt referre incipia-
mus: Primo loco ſciendum eſt rei perſequendæ cauſſa comparatas
eſſe omnes in rem actiones. Earum quoque actionum quæ in per- 9
ſonam ſunt eæ quidem quæ ex contractu naſcuntur, ferè omnes
ad ſolam rei perſecutionem condemnationem habent. Veluti ea
qua mutuam pecuniam petimus, puta condictio mutui [i], quæ nu-
meratæ pecunię domino competit: quando mutuũ idverè ſit quod
ex meo tuum fit [lz], tametſi dominij quæſtio à debitore referri non
poſſit [l]. Aut per quam pecuniam in ſtipulationem deductam pe-
timus, vt eſt certi condictio ex ſtipulatu, quia qui certũ ſtipulatus
eſt, ex ſtipulatu non habet actionem, ſed certi condictionẽ [m], quæ 10
ex omni cauſſa, & ex omni obligatione competit, ex qua certum
petitur [n]. Item cõmodati actio, qua rem mobilem conſequimur,
quæ ſine vlla mercede accepta vel conſtituta, ad certum vſum tem
púsve expreſſum, aut tacitũ (ne alioqui precarium [o] fiat) data fuit,
& quæ vſu minimè cõſumatur, niſi fortè ad pompam & oſtẽtatio-
nem

e l. Itẽ mela. §. ſed ſi ſeruũ. ff. ad l. Aquil.

f l. ſi quis id quod. ff. de iur. om. iud.

g l. iii. in fi. ff. de duob. reis.

h dicetur in. §. vlt.

i §. i. ſupra quib. mod. re cõtr. ob. ob.

lz l. ii. §. appellata. ff. ſi cert. pet.

l l. ſi quis conductionis. C. loca.

m l. ſi quis certum. ſi cert. pet.

n l. certi cõdictio. ff. ſi cert. peta.

o l. Lucius. ff. de dona.

1 nem quis acceperit [p]. Quod & ſi culpa eius cui commodamus res
deterior facta eſt, id quod noſtra intereſt ſimul cõſequimur [q], Vel
ex aduerſo eadem actione is cui commodata res eſt aduerſus eum
qui commodauit agit, quia intempeſtiuè rei cõmodatæ vſum au-
fert, vt ea re ſecundum id quod conuentum eſt ei vti liceat [r], aut
quia vitioſa vaſa à non ignorante eidem cõmodata ſunt per quæ
infuſum vinum, vel oleum, corruptũ, effuſúmue [ſ] ſit: vel de impen
ſis in valetudine ſerui commodati factis. Nam quantum ad ciba-
2 riorum impenſas attinet naturali ratione ad eũ pertinent qui vten
dum accepiſſet [t]. Aut denique re tibi à Mæuio commodata per-
dita, ſi quum preciũ eius ſoluiſſes ea ad illum peruenerit, vt quod
accepiſti repetares [v]. Sequitur & depoſiti actio, qua depoſitum re-
poſcimus, etiam ante tẽpus quod reſtitutioni præfixum eſt, quum
voluntatem in eo mutare omni tempore ſit liberum. Quod ſi non
aliter quàm nummis acceptis depoſitum is apud quem erat red-
dere noluerit, quanuis ſine mora & incorruptum reddiderit, acce
3 ptam tamen pecuniam hac actione reſtituere cogetur [x]. Item &
actiones cedere, ſi rem apud ſe depoſitam penes alterum depoſue-
rit, qui doloſè verſatus ſit [y]. Datúrque in hæredem ex dolo defun-
cti, nõ tantùm pro ea parte quę ad eum peruenit, ſed & inſolidum.
Idque ideo quia dolus ex contractu, reique perſequutione deſcẽ-
dit [z]. Ex aduerſo ei qui depoſitum ſuſcepit contrarium depoſiti iu
diciũ proponitur, quo de illius indẽnitate agitur [a], impenſarúmq;
& cibariorum ratio habetur [b]. Mandati quoq; actio rei perſequu-
4 toria eſt, & ad intereſſe eius qui mãdauerit cõpetit, adeò vt quan-
uis nemo geſſerit, ſi nihil interſit ceſſet. Veluti ſi nihil ex eo depe-
rierit, aut ſi alius idonęæ geſſit [c]. In eum autem proponitur qui
mandatum ſuſcepit, neque id impleuit, niſi tempeſtiuè renun-
ciauerit, vt integrum ius mãdatori reſeruetur per ſe, vel per alium
eandem rem commode explicandi [d]. Per contrarium eodem mo-
do eadem aduerſus mandantem porrrigitur actio, qui mandatum
ipſum aut quod æquè valet impleuit [e], vt ſumptus bona fide neceſ-
5 ſariò factos (tametſi negócio ſinẽ adhibere minimè potuerit) hoc
iudicio repetat. [f] nõ tamen eas impenſas conſequitur, quę magis
caſibus quàm mandato imputanda ſunt, vt quia ſpoliatus ſit à la-
tronibus, aut naufragio res amiſerit [g]. Niſi eiuſmodi mandatum
fortè eſſet, vt ea accidere poſſe, aut mandator crediderit, aut cre-

p l. iii. §. vl. ff. commo.
q d. l. ii. §. 1.
r l. in commodato. §. ſicut. ff. cõmo.
ſ l. in reb⁹. §. item qui ſciens. ff. illo titu.
t d. l. in rebus. §. poſſunt.
v d. l. in cõmodato. §. vlti.
x l. vlti. ff. depoſ.
y l. ſi is apud quem illo titu.
z l. ſi hominem. §. datur illo tit.
a l. ei apud quem eod.
b l. actione eodem.
c l. ſi procuratorem. §. mandati. ff. mand.
d l. ſi mandauit. §. vl. il'o tit.

e l. vlti. §. vlt. illo tit. ſ l. qui mutuam. §. vlt. eod. g l. inter non omnia. §. eodem.

dibile tum fuerit [h], quod multo æquius viſum eſt, ne alicui offi- 6
cium ſuum quòd eius cum quo contraxit, non ſui commodi cauſſa
ſuſcepit, damnoſum fiat. Maximè ſi id minimè damni paſſurus e-
rat ſi mandatum non ſuſcepiſſet [i]. In his porrò tribus poſteriori-
bus actionibus tam directa quàm contraria inuenitur actio, quan-
uis & mandati iudicium ab vna tantùm parte dari poſſit, ſi is qui
mandatum ſuſcepit mandatum egreſſus fuerit, quoniam ſoli mã-
datori iudicium hoc tùm competit [lz]. Simili modo & rei perſequu 7
tionem habet actio pro ſocio, quia per ipſam manente ſocietate va
riis modis ad cõmunicandum [l] agitur, ſecũdum quòd ſocietas ho
neſtè contracta eſſe dicetur [m], & ad præſtandum id quòd alter ex
ſociis in rem ſocietatis fecerit, impenderítve [n]: non ſi quid in alea
aut adulterio perdiderit [o]. Finita verò ſocietate vt in vniuerſum
damni, & lucri inter ſocios ratio habeatur [p]. Quod & ſi ceſſan-
tium ſociorum portiones inſulæ reſtituerit: aut ſortem cum vſuris 8
diui Marci cõſtitutione intra quatuor menſes poſtquàm opus re-
fectum erit conſequi poterit, aut deinceps propriam rem habere [q],
niſi non quaſi ſocius, ſed vt loci totius dominium potius vſurpa-
ret id feciſſe eum conſtiterit. Nam tùm id omne quod ab eo ex-
tructum eſſet ſolo cederet [r]. In eam denique perſonam actio hæc
dirigitur, quæ in cõtrahenda ſocietate ſpectata eſt [ſ], & ſocij hære-
dẽ, qui licet ſocius nõ ſit, ſocietatis attamen emolumenti ſucceſſor
eſt [t]. In eodem quoq; numero ſunt & actiones ex empto & ven- 9
dito, locato & conducto, quibus nempe duabus prioribus tam ad
rei emptæ traditionem, quàm ad rei venditæ pretium, & poſte-
rioribus ad rei locatæ mercedem, quàm vt re locuta fuerit li-
ceat agi poſſe perfectius poſteà indicabimus. Quoniam verò in
depoſito ſolùm rei perſequutionem verſari diximus, id ita in-
telligendum eſſe ſciendum eſt, niſi depoſiti eo nomine agatur,
quòd tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij cauſſa depoſitum
ſit. Nam ſi in publico tumultu, incendióue dum omnia præpo-
ſtere publicè priuatímque adminiſtrari ſolent, quum imminens 10
periculum ſolemnes actus non admittat, aut cum ruina aut nau-
fragium timetur, dum omnia perturbata ſunt, res ſuas alicui ſu-
bitò concrediderit, & is à quo poſteà eaſdem repoſceret perfi-
dioſè inficiatus ſit (quia ſi bonam fidem agnoſcit illico reſtitue-
re [v] iubetur) aduerſus eũ in duplum iudicium datur, hæredémue
eius.

h Innoc. in ca. ſicut. 2. de iureiur. extra. Ioã. And. i reg. acceſſoriũ. de reg. iur. in vi. Spec. in c. ſpecialia, de iud. Bart. in l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de fur.

i l. ſi ſeru' cõmunis. ff. de fur.

lz l. poteſt ff. manda.

l l. i. ii. & iii. ff. pro ſoc.

m l. ꝙ ex furto, illo tit.

n l. ſociũ. §. vlti. & l. ſeq. & l. adeo ĩ ſi. eo.

o d. l. adeo eodem.

p l. tamdiu C. illo tit.

q l. ſi fratres. §. idẽ reſpondit. ff. eodem. & l. vt proponis. C. de edif. priua.

r l. ſi is cõtra quem. C. de edif. priua.

ſ l. vlti. ff. pro ſoc.   t l. verum. §. in hæredem eod.   v l. penul. C. depoſ.

1 eius ſi dolum commiſerit [x]: & merito propter fortuitam miſerabilémque depoſitionis cauſſam ex neceſsitate deſcendentem, non ex voluntate proficiſcentem. Neque enim tempus, neque locus ſuperfuiſſe intelligitur quo res ſuas cogitatius & circumſpectius deponeret, ſed conturbatus & territus rerũ ſuarum cuſtodem obuiam quémque eligere maluit, quàm eas omnibus expoſitas prædę relinquere. Enimuerò quum quis nulla præmentæ neceſſi-
2 tate, ſed ex animi iudicio fidem alterius elegit, neque depoſitum redditur, contentus eſſe debet ſimplo: quoniam facilitati ſuæ imputare debet, qui non diligentiorem conquiſiuit, cui depoſitum demandaret. Verùm quum exigente neceſſitate deponitur, inficiantis creſcit perfidiæ crimen, quod non ſine ratione ſeuerius publica vtilitate [y] coercetur. Fitque in hac ſpecie miſta depoſiti actio, quando per eam non ſolùm rem, ſed & pœnam perſequi ſit liberum. Præter has verò neceſſarias & improuiſas deponendi cauſſas non habet inficiatio depoſiti dupli pœnam, ſed mendacij conuictum comittatur infamia. quantumquidem ad a-
3 ctionem directam pertinet [z]: Nam contrario iudicio damnatus infamis non efficitur, ídque ideo quoniam in contrariis iudiciis haudquaquã de perfidia agitur, ſed de calculo, vt inde appareat quid imputãdum veniat. Hæ porrò actiones omnes quas hic enumerauimus, tanquam rei perſequẽdæ tantum gratia comparatas, non ideo pœnales exiſtimandæ erunt, quod interdum vel arbitrariæ fiant, vel in his de pœna conuentum fortè ſit. in priore nanque caſu præter vim naturámq; actionis id omnino eſt, in vtroque verò non tam legitima pœna de qua hîc ſolùm loquimur, quàm aut
4 arbitraria propter aduerſarij peruicaciã [a], aut conuentionalis inuenitur. Cæterùm hæc pœna quæ ex conuentione petitur cum re ipſa minimè peti poteſt [b], niſi nominatim promiſſa eſſet raro nihilominus manẽte pacto [c], vel niſi quum pœna fuerit promiſsioni adiecta iuriſiurandi religio [d].

x l. ii. ff. illo tit.

y d. l. ii.

z l. qui depoſitum. C depoſ.

a §. præterea ĩ eo.

b l. reſcriptũ. §. ſi pacto. ff. de pact.

c l. pen. ff. de tranſ.

d l. ſi quis maior de tranſ. C.

Ex maleficiis.

5 POenæ verò perſequẽdę gratia introductæ ſunt actiones quæ ex maleficio naſcũtur, quę & interdum tam rei quàm pœnę perſequutionem cõtinent, & ideo miſtę dicuntur. Pœnam tantum perſequimur actione furti, quia aut dupli pœnam petimus ſi furtum non manifeſtum ſit, aut quadrupli etiã ſi manifeſtum eſſe dicetur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod audacius facinus eſt, quia palàm factum: idcirco ſeuerius ple ctendum. Pœnam tamen aliam quàm pecuniariam aduerſus fures ius ciuile nõ introduxit: neque nos quoque pro furto mori quemquam, aut cuiquam membrum abſcindi voluimus, ſed aliter tãtum caſtigari permiſimus [e] †. Quantũ verò ad rei furto ſublatę perſequutionem attinet: tam rei vendicationem, ſi fur poſſideat, aut alius quilibet, quàm etiam furti condictionem aduerſus furem hæredémve eius [f] cõpetere iam dictum eſt. Vi autem bonorum raptorũ actio miſta eſt, quia in quadruplo rei perſequutio continetur, & pœna tantum tripli eſt, licet qui rapuit, furti etiã nec manifeſti teneatur. Ita tamẽ vt ſi vi bonorum raptorum anteà actum eſſet, denegetur ei furti actio, non ſi furti actũ ſit, quia & quod amplius eſt, in hac actione conſequi poterit [g]: rerum item raptarũ nomine, & damni iniuriæ, & cõdictione agi poſſe anteà quoque iam indicauimus. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria data miſta eſt, nõ ſolùm quum aduerſus dolo inficiantem dãnum datum in duplum agitur (niſi aut minor eſſet, qui inficiatus ſit, cui ſuccurritur, vt pro cõfeſſo habeatur, ſicque pœnam euitet [h], aut qui ante litis conteſtationẽ inficiationem reuocauerit [i], vel qui etiam ſua inficiatione actorem nõ onerauerit, quia iuſiurandum ei detulit [lz], vel ipſe ſe debere iurauerit) verumetiam interdum quum in ſimplũ actio proponitur. Nam ſi quis hominem, quum claudus aut luſcus eſſet, occiderit, qui in eo anno integer & magni precij antequam occideretur fuerit: tanti certẽ dãnatur, quanti is homo in eo anno pluri mi fuit, ſecundum iam traditam diuiſionẽ, quum de lege Aquilia ſuo anteà loco ageremus. Atq; hoc illud eſt, quod dicebamus hac ratione creditum eſſe pœnalem eſſe legis huius actionem: quia nõ ſolùm tanti quiſque obligatur, quantum damni dederit: ſed etiam longè pluris. Ideòque in hæredẽ eam actionem tranſire, quæ trãſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſtimaretur. Item miſta eſt actio cõtra hæredes, vel curatores [l] teſtamenti, vel etiam legatarios:

6 7 8 9 10

† Pro more prouinciarũ furta ſolent coertiones admittere. Noſtris moribus furum pœna ſuſpendium eſt, quæ haud temerè pro primo furto irrogari ſolet, ſed fuſtibus plerunque cæduntur, vel aures præciduntur, aut corpora ſignãtur, & exilio plectũtur. Niſi furtũ eſſet domeſticũ, quod nõ tam domini deſidia, quã furis ui commiſſum eſſet: effractis nẽpe ſeribus, arca cõcuſſa, theſauro diſrupto, alióue ſimili modo furto cõmiſſo. Vel etiam niſi fortè tale eſſet furtum, quòd pro illius grauitate, aut exemplo, religio iudicis mortis pœna dignum iudicet. Vide Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de furt.

e auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug.

f l. ex cauſ ſa. ff. de cõ. furt.

g l. i. ff. vi bon. rapt.

h l. ſi ex cã §. nunc vidẽdum. ff. de minor.

i l. electio. §. neque ff. de noxa. act.

lz l. eũ qui. ff. de iureiurand.

l l. nulli. C. de ſacro ſanct. eccl.

1 tarios: qui relicta ſacroſanctis Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, aut
aliis venerabilibus locis, quibus certè reliqui poſſe Conſtãtinus [m]
primùs voluit, legati vel fideicommiſſi nomine fraudulẽter & ſi-
ne iuſta cauſſa [n] tandiu dare diſtulerint, donec in iudiciũ vocaren-
tur: Tũc enim rem ipſam, aut ſummam quæ relicta eſt, dare com-
pelluntur, & alterum tantum pœnæ nomine, vt hinc appareat in
duplum condemnationem eius eſſe, eorúmque nomine quæ in ca
ptiuorum redemptionem relicta ſunt, ſi eodem modo protrahatur
2 ſolutio, pœnam eandem deberi pleriſque magis [o] placuit. In aliis
autem legatis, vel fideicommiſſis ita nõ eſt: in quibus tamen ex ſo-
lo tempore tardè precij ſolutionis recepto mora fit, vt ex eo fru-
ctus vſuræque debeantur [p]. Quod & ſi decreto iudiciario admo-
nitus hæres, à quo etiam extra piam cauſſam relictum eſt, per inte-
grum annum admonitionem contempſerit, & nihil dum præſtite-
rit, omni ſucceſſionis emolumento mulctabitur, præter id quod in
rationem trientis iure ſucceſſionis ab inteſtato lex dari cõcedit [q].
3 Eadémque pœna hæredem etiam manet ante annũ, qui ſemel at-
que iterum & tertio à magiſtratu iuſſus piam cauſſam ſoluere ne-
glexerit [r]. Poſſemus tandem & his pœnalibus actionibus, quòd
metus cauſſa, actionem adiicere, quæ aduerſus nõ reſtituentem in
quadruplum [ſ] eſt, vel eas quæ aduerſus violentos rerum alienarũ
inuaſores ante iudicij exitum variis conſtitutionibus propoſitæ [t]
ſunt. Item & alias multas, quas hîc congerere nobis quidem aliò
properantibus nõ tam ſuperfluum, quàm moleſtũ etiam viſum eſt.
4

Quædã actiões.

VErùm ne ſummæ præcipuæque diuiſionis actionum initio ꝓ-
poſitę immemores nos quiſquam fortè exiſtimet, per quam a-
ctiones omnes aut in rem, aut in perſonã eſſe diximus: indéq;
ex his actiones alias, quæ miſtam cauſſam habere videntur, tacitè
quodã modo intelligi voluimus, peropportunè facturi videbimur,
quoniam & de miſtis actionibus dicere cœpimus, ſi de iis quæ tam
actionis in rem, quàm in perſonam actionis naturam habent, nũc
5 quoque dicere ordiamur. Quædam igitur ſunt actiones, quę miſtã
cauſſam obtinere videntur tam in rem, quàm in perſonam: & quæ
partim vendicationibus, partim condictionibus conueniunt. In
quibus vix diſcernere queas quis actor & quis reus ſit [v]. In quarũ
numero prima eſt familiæ herciſcundę, id eſt, hæreditatis diuiden-
dæ actio, ab antiquo verbo erciſcor, idem ſonans quod diuido, ſic.

m l. i. C. de ſacroſanct, eccleſ.

n l. quòd te. ff. ſi cer. pet.

o vide Bal. in. l. vlti. §. cũ autẽ ad Trebel. C.

p l. in minorum. C. ĩ quib. cauſ. in integr.

q auth. hoc ampli⁹. C. de fideicõ.

r Bart. in ea auth. hoc amplius. vide Panor. ĩ ca. ſi hæredes. de teſt.

ſ l. ſi cũ exceptiõe. §. i. ff. quod met. cau.

t l. ſi quis in tãtã. C. vnde vi. l. ſi cõſtiterit. C. fini. reg.

v. l. in tribus. ff. de iud.

denominata & familiæ nomine, quòd non minus ad res, quàm ad 6
perſonas referri notum eſt [t]. Et ea quidem actio miſta ideo exiſti-
mata eſt, quoniam actionis in rem proprietatem habet, in eo quòd
ea de rebus agatur, & per eam quilibet hæres partem ſuam hæredi-
tatis petat, ſinguli nanque hæredum ex parte domini ſunt. Habet
& actionis in perſonam effretum: nam capita in ea quædam &
excutiuntur, & in condemnationem deducuntur: quæ actionis in
perſonam nō actionis in rem propria ſunt, & præſtationibus per-
ſonalibus conſtat, propter ratione̅ fructuū & expenſarū [v]. Proinde 7
quod attinet ad hæreditatis ipſius diuiſione̅, reale eſt hoc iudiciū,
naſcitúrque ex intentione cohæredum, qui volunt à communione
diſcedere, & ſuas portiones petunt [x]. Quod verò pertinet ad per-
ſonales præſtationes, perſonalis magis videtur, & quaſi ex cōtra-
ctu oritur [y]. Non ſolùm autem inter cohæredes quoſlibet [z] ſuc-
ceſſores etiam honorarios [a], ſed & filio arrogato eade̅ ſaltem vti-
lis competit, ſui quadrantis quam ex conſtitutione diui Pij habet
nomine, licet alioqui neque hæres, neque bonorum poſſeſſor [b] ſit. 8
Filiáque licet bonorum ſucceſſionem non petierit, ad collatio-
nem tamen dotis per arbitrum familiæ herciſcundæ cogi poteſt [c].
Item & ſi vni ex hæredibus fuerit prælegatum, hoc ei deberi fa-
miliæ herciſcundæ iudicio reſponſum eſt [d]. Neque ambigitur
arbitrum familiæ herciſcundæ, vel vnum hæredem, cæteris etiam
inuitis, petere poſſe [e]: & qui familiæ herciſcundæ iudicio agit,
aduerſarium tamen ſuum cohæredem non fatetur [f]. Verunta-
men tam ex parte eius qui petit, quàm eius à quo petitur, vniuer- 9
ſalem eſſe hanc actionem ſemper oportet [g]. Vt ſcilicet is qui a-
git partem hæreditatis petat: & qui conuenitur, poſsideat etiam
vel dicat ſuam eſſe eiuſmodi aliquam vniuerſitatem: quoniam
quantum ad accipiendum familiæ herciſcundæ iudicium attinet,
nihil intereſt poſſideat quis hæreditatem, necne [h]: licet quan-
tum ad agendum interſit [i]. In quibus certè à petitione hære-
ditatis omnino differt, quæ non niſi aduerſus poſſidentem da-
tur: & aduerſus eum etiam competit, qui quamlibet rem hæ- 10
reditariam, vel mini\u0304am poſſidet [lz]. Differt & ab ea actione, qua
pars tantum hæreditatis petitur, quæ ſolùm eò pertinet, vt indi-
uiſa hæreditas petenti adiudicetur pro parte poſsidenda, vt-
que inter cohæredes admittatur [l]. Sanè per iudicem hæredita-
tis

t. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignif.
v §. ite̅ Labeo. §. familiæ. ff. fam. herciſ.
x l. i. illo ti.
y l. ſi iter. ſup. de obl. quæ quaſi ex cont.
z l. ii. ff. famil. herciſ.
a l. ſed & eius. illo ti.
b l. per famil. §. ſi quarta eo.
c l. ii. ff. de coll. dot.
d l. quia ſi liab⁹. §. vlt. ff. de leg. i.
e l. arbitrū fam. her. ff.
f qui fami. illo tit.
g l. fūd⁹ mihi. & l. filia. §. familiæ. illo tit.
h l. hæres §. quantum eodem.
i l. a. ff. eo.

lz l. regulariter. cum. l. ſeq. ff. de petit. hæred. l l. i. ff. ſi pars hær. pet.

1 tis diuiſione facta, ſi qua poſteà res dolo occultata comperia-
tur, eius ſolius nomine poterit hoc vniuerſale familiæ herciſ-
cundæ iudicium repeti [m], quanuis aliter familiæ herciſcundæ
iudicio amplius quàm ſemel agi non poſsit, niſi cauſſa cogni-
ta [n]. Extra iudicium verò hæreditate communi conſenſu diui-
ſa, ſi deinde res aliqua non diuiſa inueniatur: eius ſolius no-
mine vel fàmiliæ herciſcundæ, vel communi diuidundo expe-
riri quoquo modo licet [o]. Cæterùm ſi de nominibus diuiden-
2 dis agatur, ceſſabit actio, quum ea quæ in nominibus ſunt, di-
uiſionem ideo non recipiant, quòd ipſo iure in portionem hæ-
reditariam ex lege duodecim tabularum diuiſa ſunt [p]. Iura e-
tiam cohæreditaria quæ indiuidua ſunt, in diuiſionem non ve-
niunt: ſed ſingulis hæredibus inſolidum competunt [q], neque ma
la medicamenta, librive improbatæ lectionis, & ſimilia quæ non
alia ratione, quàm à iudice protinuus corrumpantur veniunt [r].
Eorum verò quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſſa ſub-
3 miniſtrauit, habenda non erit ratio, vt in portionem quæ ex de-
functi bonis ad eundem pertinet imputentur, ſi non creden-
di animo pater miſiſſe fuerit comprobatus [ſ]. Durat autem tri-
ginta annis hæc actio [t], adeò vt ſi poſt procuratam diuiſio-
nem, & iudicio cœpto intra hæc tempora cauſſam proſequi pars
vtraque neglexerit ceſſet actio: diuiſioníque forſan anteà quo-
uis modo factæ etiam inæquali propterea ſtandum ſit, quòd &
in mutuis præſtationibus quæ in hoc iudicium venire dictum
4 eſt, idem dicendum erit: vt poſt hoc annorum curriculum pe-
ti non poſsint. Nullo verò modo intelligendum eſt poſt trigin-
ta annorum ſpacium cohæredes qui per id tempus indiuiſam
hæreditatem tenuerunt, hoc iudicio eſſe excluſos: & ob eam
cauſſam rem illis hæreditariam perpetuò communem fore: nam
neque id vllo quantumlibet longo tempore fieri poteſt, neque
ſi etiam conuenerit ne omnino diuiſio fiat, valebit [v] huiuſmo-
di pactum, & ſi vt quandiu viuant, (non inæternum [x]) ſocij ſint,
5 paciſci rectè poſſit [y]. Poſſidentibus tamen ſingulis hæredibus lon
go tempore decem annorum inter præſentes, & xx. inter abſen-
tes diuiſas hæreditatis partes, diuiſionem inter eos factã præſumi
creditum fuit [z]: quanquã altero ex iis hæreditatẽ omnem ſcienti-
bus etiam cæteris per id longum tempus poſsidente, tacitam non

m l.aduerſus.C.fam. hercif.
n l.ſi filij. §. vlt.ff.famil.hercif.
o l.i.C.illo titul.
p l.ea quæ C.illo tit.
q l.fundus ff.eod.
r l.cæteræ. ff.eodem.
ſ l.quæ pater filio.ff.fam. herci.
t l.i.§.nemo,C. de Anna.exc.
v l. in hoc iudiciũ.§.ſi conueniat. ff.cõ.diui.
x l.nulla. ff.pro ſoc.
y l.i.eod.
z glo.plurimum cõmendata in vlt.l.C.cõ. diuid.

ideo induci renunciationem conſtans ſit opinio [a]. Nunc ad aliam 6
& ſecundam actionem veniamus, quæ miſtã quoque cauſſam tam
conditionis, quàm etiam vendicationis habet, nempe communi
diuidundo actionem. Ea enim cum actionibus in rem id commu-
ne habet, quòd ſequatur quemlibet rei poſſeſſorem, adeò vt aduer
ſus eum detur, qui partem rei communis emerit, & traditam ac-
ceperit [b]. Quòd ſi nondum emptori eſſet tradita, poſſeſſor adhuc
venditor, non etiam emptor conueniendus eſſet [c]. Neque ſolùm
ipſi domino vt in rem actio, ſed & cuiuis habenti iuſtam poſſiden 7
di cauſſam ſaltem vtilis competit [d]. Neutro verò poſſidente tam
eo qui agit, quàm qui conuenitur, aut altero tantùm, hac actio-
ne experiri quémque poſſe citra dubium eſt [e]. Veniunt & in hoc
iudicium perſonales præſtationes, per quas perſonalium actionũ
effectum habet [f]: veluti vt ex re communi fructus ab altero perce-
pti communicentur [g], & vt impendia in rem cõmunem facta pro
parte conſtituantur, vel damnum in eam ab altero datum ſarcia-
tur [h]. Planè inter eos redditur hæc actio, inter quos res aliqua cor- 8
poralis, non vniuerſalis, communis eſt, vt ea diuidatur [i]. Sed vſuſ-
fructus nomine interdum hoc etiam redditur iudicium [lz]. Neque
refert cum ſocietate, vtputa ſi ſocietatis affectu pariter eandẽ rem
emerint [l], an ſine ſocietate, vt in re duobus legata [m], communis
ea ſit, de qua diuidenda quęritur [n]. Imò & ſi ſocietas interuenerit,
poſſunt hæc duo iudicia pro ſocio, & communi diuidundo, ſimul
concurrere: ita tamen vt alterum altero tollatur, quatenus tantùm
eſſet idem vtriuſque finis. Vnde ſi cõmuni diuidundo actum eſſet, 9
non tollitur in eo pro ſocio actio, quod ratione nominum plus ha-
bet: ſed hoc minus ex ea actione conſequitur is qui aget, quòd ex
prima actione erit cõſequutus [o]. Nam quum vtrumque ſit rei per-
ſequutorium, bona fides non permittit, vt bis idem exigatur [p]. Cę-
terùm in hoc potiſsimè alterum iudicium ab altero differt, quòd
communi diuidundo præſertim ad diuiſionem ſemper agitur: Iu-
dicio verò pro ſocio res ſæpe ad communionem reuocantur [q].
Proximum eſt vt de reliqua actione miſta, nempe finium regun- 10
dorum actione, dicamus, Nam & ea propter perſonales præſtatio-
nes in perſonam eſt. Quoniam in hoc iudicio ratio eius habetur
quod intereſt, vt ſi vtilitatem aliquam ex loco perceperis, quem vi-
cini eſſe apparet: Aut ſi menſor ab altero ſolo mercedem accepe-
rit, vt & alter in partẽ mercedis cõdemnetur [r]. Sed & pro rei ven-
dicatione

a Bald. & Pau. de caſ. in l. licet. C. de iur. delib.
b l. i. & l. ad officiũ. ff. commu. diuid.
c l. Julian. §. itẽ Celſus ff. de act. empt.
d l. cõmuni. §. qui in rem. ff. cõmu. diuid.
e l. pen. eo.
f l. per hoc. § ſicut eodẽ.
g l. ſi quis putans. §. i. illo tit.
h l. iii. & l. & ſi nõ omnes eod.
i d. l. per hoc eodem
lz d. l. communi. §. cũ de vſusfru. eodem.
l l. vt ſit pro ſocio. ff. pro ſoc.
m d. l. vt ſit
n l. ii. ff. com. diuid.
o l. ſi actũ. ff. pro ſoc.
p l. bona ſides. ff. de reg. iur.
q l. ſi quis ſocietatẽ. ff pro ſoc.
r l. ſed & loci. in prin. ff. fin. reg.

1 dicatione proponitur [f], quum per eam id quod noſtrum eſt, conſe quamur: aut interdū quod eſt alterius [t]. Habet autem locum hæc actio & in agris vectigalib[9], & inter eos qui vſumfructū habēt, vel inter fructuarium & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui pignoris iure poſſident [v]. Eáque inuicem experiuntur, qui confines agros habent, nō intercedente via publica, vel flumine [x], alioqui tamen diuiſos: ne ſi communes & indiuiſos poſsideant ob eam cauſſam ceſſet inter eos hoc iudicium, quòd nulli fines ſunt,
2 ſed poſſideant ſinguli ſingulas partes cōmuniter. Quod & ſi com muni fundo vicinum fundum alter ſolus habeat: adhuc iudicium hoc accipi non poſſe reſponſum eſt, quia ſocij in hac actione aduer ſarij eſſe non poſſunt, ſed vnius loco habentur [y]. Ad prædia verò tantum ruſtica, quanuis ædificia interueniant, pertinet hæc actio, non ad vrbana, quando ædificia iuncta ſunt, in quibus vicina magis dicuntur, quàm confinia: & quæ communibus parietibus plęrunque diſterminantur [z]. In finalibus ſanè quæſtionibus vetera
3 monumenta ſequenda erunt, quæ non ſucceſſionum varietate, aut poſſeſſorum arbitrio mutata eſſe comperiantur [a] †. Quòd ſi termini dolo deiecti, exarati, vel prolati [b] dicuntur, aut finalium quæſtionum obſcurandarum cauſſa loci facies conuerſa, veluti ex arbore arbuſtū, aut ex ſylua cædua nouale, aut a iud eiuſmodi [c] quod peſſimum certè factum exiſtimatū eſt: ideo iudex, qui de finibus cognoſcet, delictum id non
4 pecuniaria quidem mulcta, ſed pro conditione admittentium iuxta diui Adriani reſcriptum, aut relegationis coertione, aut verberum caſtigatione, & in opus publicum damnatione puniet [d]. In quos proculdubio Numa imperator ſeuerius multo conſtituit qui eos impunè occidi permittebat [e]. Horum ſanè iudiciorum familię herciſcundę, cōmuni diuidundo, & finiū regundorum, iuſtam, gra uem, & perquā neceſſariā eſſe cauſſam conſtat, per quæ diſcordiis propinquiorum ſedandis proſpectū eſt [f], tam in rei hæreditariæ,
5 vel alioqui cōmunis æqua diſtributione, quàm in terminorū cuiq; diuiſæ parti recta conſtitutione, quibus dirempti hæredes ſociíve quieſcant. Maximè quum ita ſit nullos amplius ſupereſſe ex illis ſedecim Tuberionis familiæ viris, quibus his iudiciis opus neutiq̄ fuiſſe traditum [g] eſt, magna concordia cum vxoribus, & liberis in eadem domo, vnóque cōmuni agello degentibus. In iis porrò tri-

† *Quibus modis confinia, ſeu agrorum termini probari poſsint. Vide Guido pap. q. 143.*

f l. 1. ff. fin. regund.
t l. iii. illo titu.
v d. l. ſed & loci. §. finium.
x eadem l. Sed & loci ad fi.
y eadem l. ſed & loci. §. ſi cōmunem.
z eadem l. ſed & loci. in fi.
a l. in finalibus. ff. illo tit.
b l. ii. de termi. mo.
c l. vlt. illo titu.
d d. l. ii. ff. de termi. mo.
e Alicarna. lib. 2.
f l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. ii.
g Plutar. in Aemilio

bus iudiciis permittitur iudici, vt ibi fines non dirimere poſſit, aut 6
aliter cõmodè diuidere, adiudicationibus controuerſiam dirimat,
id eſt, rem totã vni ex bono & æquo iuſta æſtimatione facta adiudi
cet: & ſi pars alterius prægrauari videatur, illum inuicem certa pe
cunia huic cõdemnet [h]. Cum enim familiæ herciſcundę, aut com
muni diuidundo agitur: vniuerſæ res æſtimari debent, nõ ſingula-
rum rerum partes [i]. Atq; quod omnibus vtiliſſimũ eſt, aut quod li
tigatores maluerint iudicem ſequi oportet [lz]. †
Cæterùm licet videantur plæręq; aliæ actiones 7
miſtę tam in rem q̃ in perſonam, re vera tñ non
ſunt quanuis nõnihil ab alterutra interdum ca-
piãt: veluti de hæreditatis petitione dicere poſ-
ſumus, quæ mera proculdubio in rem eſt, & ſi
prẽſtationes nonnunq̃ ex euectu perſonales ha
beat. vtputa eorúmque debitores ab eo qui ſe
hæredem diceret, exigerint [l]. Item ad exhiben 8
dum actio perſonalis omnino eſt, licet ĩ poſſeſ-
ſorem ſemper dirigatur [m]. Eiuſdem naturæ
eſt interdictum quod vi aut clàm [n], quod me-
tus cauſſa actio [o], & omnes pręterea noxales actiones [p], aliæque
ſimiles: quæ non tam natura, quàm euentu perſonales poſſeſſoriæ
ſunt. In his deniq; miſtis actionibus (de quib⁹ loquuti ſumus) ſin-
gulæ perſonę duplex ius habent, agentis & eius cum quo agitur [q]. 9
Vnde duplicia iudicia dicta ſunt.

† *Bonorum paternorum diuiſionẽ quæ inter fratres, fit hodie ita uſu fieri ſoluere, ut antiquior æquis portionibus bona diuidat, & horũ iunior optet, arg. c. 1. de parroc. extra ſcribit Guid. pa. q. 289. & Petr. de Vbal. in trac. ſuo de duob. fra. quod tamẽ apud nos nõ obtinet.*

h l. iii. C. com. diuid. & l. itẽ Labeo. ff. illo tit.
i l. Meuius §. vlt. ff. famil. herciſ.
lz l. iudicẽ ff. cõ. diui.
l l. ſed & ſi lege §. petitio. ff. de petit. hæred.
m l. iii. §. eſt autem perſonale. ff. ad exhi.
n l. compe tit. §. ſemper. ff. q̃d vi aut clã.
o l. ſi cum exceptiõe. §. Pedi⁹. ff. quod met. cauſſa.
p §. omnis autem. ĩfra de noxal. arb.
q l. iudiciũ cõmuni. ff. fin. reg.

Omnes autẽ actiones.

ENimuerò quoniã paulò antè de pœnalibus actionibus memi-
nibus, nõ ocioſum hîc videbitur, ſi de vario hoc pœnarũ actio-
númq; pœnalium diſcrimine perfectiùs nunc dicere inſtituamus.
Omnis igitur actio vel ĩ ſimplũ cõcepta eſt, vel in duplũ, vel in tri-
plũ, vel ĩ quadruplũ: vlteriùs aũt nulla ſola actio extẽdi poteſt, niſi
vera pœna nõ ſit, hoc eſt, quod anteà dixim⁹, ſi
nõ ex vtriuſq; parte actoris & rei pœna ſit, vt a- 10
ctori nihil adſit eius quod petitur †. Nã q̃d ad
eam pœnã quę ex parte rei tãtũ cui nihil adeſt,
ſed actori abeſt, attinet: & vt intereſſe petitur:
quadruplo maior ſępius eſſe poteſt: vt ſi quis cla
uũ aliquẽ è naui ſuſtulerit, dederítq; naufragij
ſunt, ſi aliquid acceptum omiſſum fuerit.

† *Omnes hæ pœnæ ab uſu noſtro receſſerũt, excepta pœna quadrupli, quã initio cuiuſq; libelli rationũ cõminari ſolent ij qui ærarij fiſcalis rationibus diſpũgendis præ-*

cauſſam

1 cauſſam omniũ rerum nomine tenebitur [r]. Aut ſi improbè pecus
morboſum vẽdiderit,cuius cõtagione grex totus perierit, is detri-
menta omnia quæ ex ea emptione emptor traxerit,pręſtabit [ſ]. So
lemus & interdũ plus quadruplo pluribus tñ actionibus ex eodẽ
facto cõſequi, vt ſi Mæuio calũniatori ne mihi negociũ faceſſeret,
decẽ dederim: & is tãtũdem à te, vt mihi litẽ per calũniã moueret,
acceperit,ſummę vtriuſq; à Mæuio cceptæ quadruplũ, & ſic octu-
2 plum,diuerſis tñ iudiciis conſequar [t]. Eodem quoq; modo ſi non
vni,ſed pluribus pœna pẽdatur,facilè poterit tota quadruplũ exce
dere:vt de eo dici poteſt,qui pręſente principe alienũ ſeruũ manu-
mittere auſus eſt,is nanq; domino mancipium reſtituere iubetur,
duóſq; alios ſimiles pœnæ nomine,deinde fiſco tres [v]. Itẽ per ac-
cuſationẽ non ſemel pœna extra ordinẽ ſupra quadruplũ excreſce
re poteſt,vt in comitibus magiſtratuũ aliquid extra ea quæ à lege
definita ſunt,accipientibus accedit: qui & quadrupli pœnã iis pen
3 dere iubentur,quibus iniuriã fecerint,& bonis omnibus quæ fiſco
inferuntur,mulctãtur [x]. Pœna verò quæ nõ ex lege(de qua tantũ-
modo hîc loquimur)ſed ex cõuentione debetur,quadruplum exce
dere nõ prohibetur [y], ſi non in fraudem conſtitutionũ id quod le-
gitimum vſuarium modũ excedit,adiiciatur:ſicq; fœnus illicitum
quodãmodo contrahatur [z]. Verùm (vt quod inſtat proſequamur)
in ſimplum tunc agi ſciendum eſt,quando ex ſtipulatione, & mu-
4 tui datione,ex empto,vendito,locato,conducto,mandato, & de-
niq; ex aliis cauſſis agimus quàm plurimis, quibus rem ipſam nu-
dam & ſimplicem perſequimur, de quibus iam ſatis antè dictũ eſt.

r l.iii.§.ſe natuſconſultũ.ff de incen.rui. & naufr.
ſ l. Iulianus.ff. de act.emp.
t l.generaliter.§.vlti.ff.de calũ.
v l.vlti.C. de iis qui à non do.
x in auth. vt iud. ſine quoq.ſuff. §. ſic igitur coll.2.
y l.Lucius Titius.ff. de act.em.
z l.Iulian. §.idem Papini.illo ti.

In duplum verò.

IN duplũ verò agimus,veluti furti nec manifeſti, dãni iniuriæ ex
lege Aquilia,depoſiti, quũ id quod tumultus,incendij, ruinæ,&
naufragij cauſſa depoſitũ eſt,nõ redditur:quorũ paulò antè etiam
meminimus. Item ſerui corrupti,quæquidem actio aduerſus eum
cõpetit,qui ſeruũ alienũ recepiſſe,pſuaſiſſéve ei quid dolo malo di
citur,quo eũ deteriorẽ faceret: ſiue bonę frugi ſeruũ ad delinquen-
dũ hortatus eſt,ſiue malo pſuaſit,vt delinqueret,vel ei oſtẽdit quẽ-
5 admodũ faceret: atq; adeò ſi id erat ſeruus omni modo factur9 aut
currẽti(quod aiunt)tantũ calcar addiderit, adhuc tanq̃ improbus
ppoſiti laudator tenebitur. Non enĩ oportet laudãdo augeri mali-
tia [a], ſceleratúmq; fuiſſe cõſilium ſatis erit,& ſi conatus effectũ nõ
habeat: quando id magis virtuti probitatíq; ſerui tribuendum [b] ſit

a l.i.ff.de ſeru.corru
b §. vnde illud ſupra de ob. quæ ex delict.

deteriorem autem ſeruum feciſſe eum intelligẽdum eſt, qui ſeruo 6
perſuaſit, vt iniuriam faceret, fugeret, dominum contemneret [c],
eidémve contumax eſſet, vel luxurioſè & perditè viueret, aut etiã
qui aliter animum ſerui corruperit, & mores ſuos quocunque mo-
do in peius mutauerit [d]. Planè in hoc iudicium earum rerum ve-
nit æſtimatio, quas ſecum ſeruus abſtulerit, quia omne damnũ du-
plicatur [e], furta tamen poſteà facta non veniunt: Nam & ſi ſeruo
perſuaſeris vt chirographa debitorum corrumpat, eius nomine te-
neberis, non ſi quid ſimile peccandi conſuetudine poſteà admiſe- 7
rit [f]. Habetur & æſtimatio in hac actione, quãti vilior ſeruus factus
eſt, quod iudicis officio expeditur [g]. Meritò ſanè ſapientérque im-
probum hoc & pernicioſum genus hominum alienos ſeruos cor-
rumpentium dupli pœna (quæ ſerui corrupti domino pendi-
tur) coercendum eſſe prætoribus olim viſum eſt, ne alioqui ma-
gno ipſius quoque Reipub. malo priuatæ familiæ paſsim pericli-
tarentur. Maximè quum ita natura comparatum ſit, vt plures ha-
bent qui ſecum ſentiant improbi viri, quam probi: quoniã per mol 8
les ſubitáſque voluptates gliſcens improbitas, harum perſuaſioni-
bus vtitur, quo multi ſecum ſentiant [h]. Neq; enim vlla domus vix
diu conſiſtere poteſt, ſi mali ſint ſerui. Quod ſi quis nõ ſeruum, ſed
liberum ſe putaſſe dixerit, quem corrupit, grauius adhuc delictum
detegit. Verùm ſola vxor nuptiarum fauore in ſimplum tantũ hoc
nomine damnatur [i]. hæc denique actio perpetua eſt, non tempo-
ralis, & hæredi cæteríſque ſucceſſoribus datur, non in hęredem, &
pœnalis eſt. Sed quoniam noſtra quoque multum intereſt animos
liberorum noſtrorum nõ corrumpi, & ſi Prætoris edicto huic ma- 9
lo obuiam itum non eſt, quo ſerui tantum corrupti conſtituta eſt
actio, qui in patrimonio noſtro eſſet: vtili tamen actione officio iu
dicis æſtimanda parẽtibus æquiſſimè proſpectum [k] eſt, quibus ni-
hil liberorum corruptione moleſtius aut grauius eſſe poteſt, & pu-
blicæ quoq; vtilitatis nõ parum intereſt, ingenuam adoleſcẽtiam,
ſeu Reip. totius ſeminarium, & ſpem, fœdiſſimè corrumpi. In du-
plum denique condemnationem etiam habet legatum, aut fideicõ
miſſum, quod venerabilibus locis relictum, nec anteà quàm in ius 10
iretur, ſolutum eſt, ſecundum ea quæ ſuprà diximus.

Tripli verò. IN triplum fit cõdemnatio, quum maiorẽ verè quantitatis æſti-
mationem in libello conuentionis aliquis complexus eſt, vt ex
hac.

[c] l. corrũpitur. de ſer. corrup.
[d] d. l. corrumpitur.
[e] l. in hoc iudicium. illo tit.
[f] l. Neratius, eod.
[g] l. vt tantum. §. æſtimatio. ff. illo tit.
[h] Xenophon in Pedia Cyri. lib. 2.
[i] l. vl. eod.
[k] l. vt tantum, eod.

1 hac cauſſa viatores, id eſt, litiũ exequutores, qui magiſtratus iuſſa
alicubi deferunt, atque exequũtur in ius vocantes, ampliorẽ ſum-
mam ſportulæ nomine, hoc eſt, mercedulæ quæ iudiciorum mini-
ſtris & exequutoribus datur, exigerent. Tunc enim id quod pro-
pter eam cauſſam damnum paſſus fuerit reus, in triplum ab actore
conſequetur, ſimplo tamen in quo damnum paſſus eſt in ipſo tri-
plo connumerando. Veluti in hac ſpecie Titius quum aduerſario
ſuo nocere vellet, quãuis Mæuius re vera viginti tantum deberet,
2 libellum ei centum aureorũ per viatorem miſit, ob quam cauſſam
neceſſe fuit Mæuio (Reorum nanque eſt ſportulas huiuſmodi ſol-
uere) ob maiorem ſummã in libello inſertã, & maiores dare ſpor-
tulas (ſecundum enim quantitatem in libello vocationis in ius in-
ſertam, ſportulæ dari iubentur.) Excuſſa igitur petitione viginti
tantum deberi compertum eſt, atque exempli gratia aureos quin-
que plus Mæuium dediſſe, in quindecim aureos aduerſus Titium
naſcetur actio, ſecundum id quod noſtra conſtitutione, quæ in no
3 ſtro codice fulget, introduximus. Ex qua proficiſci condictionem
ex lege manifeſtum eſt, quum id ſatis certum ſit ex conſtitutioni-
bus (niſi nominatim dicatur quæ actio detur) condictionem ex le-
ge naſci. Sũma enim cum ratione exequutoribus his ſalarium cer-
tum præfiniri voluimus, ne pro multorum auaritia plus q̃ æquum
eſt ſæpius exigeretur. Vnde & Pedaneis iudicibus, qui de minori-
bus humilioribúſq; negociis cognoſcũt, in vnaquaque cauſſa quæ
apud ipſos agitur, & centum aureorũ quantitatem excedit, binos
4 ab vtraque parte aureos ſub conteſtationem litis, binos item alte-
ros ſub finem controuerſiæ accipere tantum permiſimus [l]. Aliíſ-
que omnibus ne vlla adminiſtratione ſua quæſtum ſibi facerẽt ve-
tuimus [m]: ſatius multo eſſe exiſtimãtes, fiſcum diſpendiis aliquot
pro iudicum ſalariis onerare, quàm viam capturis aperire, propa-
gãdíſq; litibus occaſionem præbere: Hîc tu, quæſo, lector cõſidera
nũm tot controuerſiarum ciuilium examina ſportulæ ipſæ litium
alumnæ nobis producant, ac foueãt: præſertim quum hæc à cuiuſ-
5 uis iudicis arbitrio pendeant, in quibus certè maior pars hodie in
Francia iudicũ vitæ ſubſidium collocãtem habet. Quorũ gliſcen-
te in dies per nundinationes (proh dolor) numero, Indéque minu-
to (vt neceſſum eſt) pabulo, & rei familiaris neceſſitate vrgẽte, in-
graueſcunt & capturæ, ita fit vt facilè litiũ propagini indulgeant,
conniueántque: Túmque cognitores ipſi lites improbiùs conflare

l in Auth. de iudic. §. ſi quis autẽ.

m in auth. vt præſid. abſque vlla datio. pecu.

audeant, Inde litium ſeminarium, reiq; familiaris tabes, malorum 6
ilias naſcitur. Quod ſi ex Iuſtiniani noſtri præcepto nulla ſua ad-
miniſtratione iudices ſibi quæſtum facerent: futurũ profectò eſſet,
vt quanta diligentia ſerendis fortè propagandíſque litibus plęriq;
incumbunt, tanto etiam ſtudio minuendis poſteà ſine quæſtu liti-
bus moleſtis, extirpãdíſque inuigilarent. Quanq̃ non deſint, qui
non tam iudicium ſportulas, quàm mores Franciſcos veluti natu-
ra controuerſos & φιλοδίκους, increpandos putent, ideóque res no
ſtras ita comparatas eſſe, vt tertia pars hominum res ſuas magno- 7
pere iudicialibus controueſiis implicatas habeat, quaſi ducendis li
tibus animũ vitámque ducant, & ſemel vinãt nequeant. Deinde li
tium quarundam naturam eſſe, vt earum materia euelli radicitus
nõ niſi multiplici ac varia iuriſdictione poſſit. Sed an id mali nobis
pragmaticorum potius turba inuexerit, haud facilè dixerim, quo-
rum tantus támq; effrænis eſt numerus, eorúmque qui è commer-
cio forenſi quæſtum ſibi faciunt, vt nihil non horũ diligentia fortè
ſit exquiſitum, quod ad litigij ſemen, & forenſe lucrũ amplifican- 8
dum pertineat. Hinc litium ſeges, quę ſeminis interdũ plus poſcit,
quàm miſſis ſit reddita: illinc celebris horum fama & exiſtima-
tio, qui ſaccularium copioſiùs exercent.

In quadruplũ.

IN quadruplum autẽ condemnationem habẽt actio furti mani-
feſti, & actio de eo quod metus cauſſa. Nam ſi cui metum maio
ris mali incuſſeris, qui meritò etiam in hominem cõſtantiſſimum
cadat [n]: & curaueris vt rẽ ſuã traderet, aliúdve quid faceret, habe- 9
bit is qui metum paſſus eſt, aduerſum te actionẽ, quod metus cauſ-
ſa in quadruplum, niſi ob iuſtum metum, quẽ ſibiipſi quis meritò
intuliſſet, aliquid fecerit, dederítve. Veluti ſi mulier contra patro-
num ingrata, quum de ſtatu ſuo periclitaretur, aliquid patrono de-
dit, ne in ſeruitutem redigatur [o]. Aut ſi quis metum quem magi-
ſtratus iure licito & non per iniuriam intuliſſet [p]. Eóque ſtudio
Reipub. proſpicere prætor voluit, vt & reſtitui iubeat omne illud
quod quis in magiſtratu, potentiorive loco, aut etiam in priuato
ſtatu poſitus, ab altero præſenti metu extorſerit [q], ſiue ſingula- 10
ris ſit perſona quæ metũ intulit, ſiue populus, vel curia, vel col-
legium, vel corpus [r]: Et datur hæc actio in hæredem, & cæteris
in id quod ad eos peruenit, ſufficítque rem ad hærem perueniſſe,
etiam

n l. metũ. i. & .ii. ff. de eo quod met. cau.

o l. ſi mulier, illo tit.

p l. iii. §. eodem.

q l. videamus, eod.

r l. metum §. animaduertẽdum, eod.

1 etiam ſi conſumpta poſteà [f] fuerit. Ad alium verò, ſi in aliam rem
conuerſa ſit, licet poſteà perierit [t]. Eſt autem metus inſtantis pe-
riculi vel futuri cauſſa mentis trepidatio [v], ſeu impendentis mali,
quod intolerabile eſſe videtur, opinio [x], maiorique ſupplicio eſt
hominibus metus, quàm ſi re ipſa malè afficiantur [y]: non tantum
ſi in nobiſipſis quid veriti fuerimus, ſed liberis noſtris, aut cõtra li-
beri in parentes. Quemadmodum de tyronis Iudæi filio traditur,
qui forti animo quæſtionum ſibi Herodis iuſſu illatam perpeſſus,
2 patris tormenta ſuſtinere non potuit, ſed illius miſeratione com-
motus, cuncta protinus ſi patrem ſibi condonaſſet indicaturum
promiſit [z]. Vnde meritò aduerſus eos qui metũ incuſſerint, qua-
drupli pœna propoſita eſt, vt omne quadruplum ſit quod extor-
ſerint, quódque reſtitui oportet. Et ita quadruplo res quæque cõ-
prehendatur cum omni cauſſa. Nam & quadruplo ſimplum in-
eſt, & pœna verè tantum tripli eſt [a]. Datúrque intra annum hoc
iudicium ab illato metu in quadruplum, poſteà verò in ſimplum.
3 Eſt & in factum actio, quæ condemnationem in quadruplum
habet, veluti de ea pecunia in eam cauſſam data, vt is cui datur,
calumniæ cauſſa alicui [b] negocium faceret, eúmque calumnio-
ſo iudicio vexaret, licet poſteà id non fecerit. Vel vt negocium
non faceret. Nam in eum intra annum in quadruplum eius pe-
cuniæ quam accepiſſe dicetur, poſt annum in ſimplum in factum
actio conſtituta eſt. Et ſi in publicis iudiciis id fiat, legi Iuliæ
repetundarum locus [c] erit. Neque deerunt iudicia concuſſio-
4 nis [d], legis Corneliæ de falſis [e], legíſque rhemie [f], quæ calum-
niatoribus pœnam etiam irrogant, quos & infamia ſequitur [g].
Sed & conſtituto imperatoris quæ ad Caſſium Sabinum ſcripta
eſt, prohibuit iudici vel procuratori aduerſarij pecuniam aliúd-
ve pro pecunia dare, & ex hac cauſſa litem perire iuſſit [h]: huic
verò quadruplo ineſt ſimplum [i], ſicut in illa quoque actione
quæ de eo quod metus cauſſa factum [lz] eſt. In quo à furti ma-
nifeſti actione differunt. Veruntamen ſi vt tibi negocium non
5 fieret, non tu, ſed alius dederit pecuniam: vera pœna quam
conſequeris quadruplum erit, quum is qui dederit, eam pecu-
niam quam dedit, ab eo qui accepit repetat [l], aduerſus quem
hæc ſemper competit actio. Item eſt ex noſtra conſtitutione con-
dictio ex lege prodita, quæ & ipſa condemnationem habet in
quadruplum aduerſus exequutores litium, qui contra noſtræ

f l. videamus, eod.
t l. ſi ipſa. illo tit.
v l. ii. ff. illo tit.
x Cic. tuſcul. quæſt. lib. 4.
y Xenophon in Pedia Cyri. lib. 2.
z Ioſephus de bel. Iud. ca. 17. ad Titum.
a l. ſi cum exceptiõe. §. i.
b l. i. §. vlt. & l. ſequẽ. de calum.
c d. l. i.
d l. ii. ff. de concuſſ.
e l. i. ff. ad l. Corn. de fal.
f l. i. ff. ad ſen. Turp.
g l. i. ff. de iis qui not. inf.
h l. i. §. pe. ff. de calũ.
i l. in hæ. dẽ. §. i. illo tit.
lz l. ſi cum exceptiõe. §. quatenus ff. quod metu cau.
l l. ſi quis ab alio. ff. de calum.

conſtitutionis formam & regulam à reis quicquã exegerint. Por- 6
rò licet anteà actiones furti nec manifeſti, ſerui corrupti, ex lege
Aquilia, depoſiti, & legatorum venerabilibus locis relictorum, in
dupli cõdemnatione pares fecimus: inter eas tamen hæc eſt diffe-
rentia, quòd furti quidẽ nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, om-
nino dupli condemnationẽ habent natura ipſa & ſui origine, ſiue
quis inficietur, ſiue fateatur. Damni iniuriæ verò, legis Aquiliæ, &
interdum depoſiti actiones, initio certè duplum nõ continent, ſed
euentu, ſecundũ quod aliunde id accidit: Veluti per inficiationem, 7
quum in confitentes ſimpli tantum condemnationem induci iam
dixerimus. Proinde ante inficiationẽ tranſeunt omnino hæ actio-
o l. & non tantũ. §. cũ prædixerit ff. de pet hæred. nes in hæredem cum ſua natura ſine vllo incremento o, pręſenti,
aut poſteà per inficiationem futuro. Quod in prioribus actionibus
diuerſum eſſe vel ex eo ſolo conſtat, quod illarum natura dupli ſit,
harum verò ſimpli. Idcirco pœna dupli, quæ in hæreditate non in-
uenitur, hęredi per poſthumam inficiationem meritò quæri nõ po
teſt. Vnde & in his actionibus datus fideiuſſor duplum nõ præſta- 8
bit: quando quidem id ex prima natura & cõditione obligationis
p fideiuſſores magiſtratuũ. ff. de fideiuſ. minimè ſit, ſed ex nouo & accidenti rei conuenti delicto p, rémque in iudicium deductam non ideo pluris opiniamur, quia creſce
re eius condemnatio per contumaciam non reſtituentis poteſt q.
q l. i. ff. de in lit. iur. Illa quoque actio quæ de iis competit quæ relicta ſunt venerabili-
bus locis, ſimpli tantummodo naturam habet, & inficiatione rei
r l. qꝑ te. ff. ſi cer. pet. ipſius petitę minimè iuſta cauſſa facta r creſcit in duplum, ſi non
ante litis conteſtationem reuocata fuerit inficiatio, aut à minore 9
facta ſit, ſecũdum ea quæ de damni dati inficiatione paulò antè di-
cta ſunt. In cõfitentem verò, & eum qui antequam iuſſu magiſtra-
tus conueniatur ſoluit, ſimpli tantum redditur actio. Simili modo
inter eas actiones, quę quadrupli condemnationem habent, vno
eodémque loco poſuimus furti manifeſti actionem, & eam quę de
eo quod metus cauſſa factum eſt, datur: quas tamen in hoc differre
animaduertẽdum eſt, quod actioni quod metus cauſſa id tacite in-
ſ l. ſi cũ ex ceptiõe. §. i ff. de eo qd met. cauſ. eſt, vt qui ea cõuentus eſt, ſi iuſſu iudicis rem per metum ablatam
reſtituat ſ, abſoluatur: ſin minus in quadruplum iudicium acci- 10
piat. Clemẽter enim ſatis cũ eo agitur, cui datur reſtituendi facul-
tas vſque ad ſententiam ab arbitro datam, ſi pœnam euitare vult.
Quod in reliquis prioribus actionibus licet eodem ordine poſitis
non ita eſt, in quibus omimodo quis in quadruplum cõdemnatur.

Nempe

1 Nempe in illa quæ in factum datur. Item condictione ex lege quæ
aduerſus exequutores competit, maiores ſportulas quàm deceat
accipientibus, & furti manifeſti actione.

Actionum autem.

NVnc verò tam ei quin in iudicio cõcertaturus eſt, quàm iudi-
cibus ipſis ſcire per quam neceſſarium eſt, iudicia quędam eſſe
ſtricta, & quædam laxiora: illa quippe, in quibus ſtrictiùs & angu
2 ſtiùs iudici poteſtas iudicandi conceditur: hæc verò quę pleniorẽ,
& liberiorem iudicãdi poteſtatem faciunt. Vnde & actiones qui-
bus iudicia hęc exercẽtur, modo ſtricti iuris vel iudicii [t], modo bo t l. ſi actionibus. ff. de in lit. iur.
næ fidei appellamus. Nempe quod ſuper illis arctiùs, & veluti ex
præſcripto iudicetur: his verò ex bono & æquo, & fide bona fu-
ſiùs ſententiam ſuam protendere ei qui iudicandi officio fungi-
tur, ſit liberum. Quod non aliunde proceſſiſſe exiſtimandum [v] v ex Franciſ. Duareno.
eſt, quàm à Prætoribus olim iis qui in priuatis cauſſis diiudicandis
operam non dabant, à quibus propterea recuperatores (qui poſteà
3 delegati iudices appellari cœperunt) litigatoribus dabantur, cum
formula quadam qua iudicum poteſtas aut arctabatur, vt ne à prę-
ſcripto quidem tãtilum recedere liceret, aliúdve ſequi, quàm quod
inter contrahentes eſſet conuentum: tametſi id ęquum eſſe forſan
videretur. Aut verò laxabatur, vt non tam ſtrictas litigantium con
uentiones, quàm bonam fidem intueri liceret in omnibúſque arbi
triis quibus addebatur formula hæc (ex fide bona) [x] ſumma erat x hæc M. Tullius in Topicis.
4 vis, fideíque bonæ nomẽ latiſſimè manabat. Quæ ſanè formula in
iis præſertim verſabatur iudiciis, quibus vitæ humanæ ſocietas ma
gis contineretur quæ hîc ſingulatim pòſt ſubiiciemus. Neque exi-
ſtimandũ eſt iudicia hęc actionéſq; bonæ fidei titulo ſolas ideo inſi
gnitas eſſe, quòd in cæteris bona fides minimè deſideretur: quan-
doquidem in omnibus iudiciis bonam fidem æquè cõſiderandam
eſſe certum [y] ſit: ſed quòd in his æquum & bonum exuberet, & y l. bonam fidẽ. C. de act. & obli.
veluti perfluat. In cæteris verò arctiori anguſtioríque limite con-
5 tineatur. Tantundem enim in bonæ fidei iudiciis officium valet,
quantum in ſtrictis iudiciis nominatim rei alicuius facta mentio [z]. z quia tãtũdem. ff. de nego. geſt.
Nam & quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bonæ fidei quoq; iu-
diciis veniunt [a]. Et quàuis in ſtrictis iudiciis dolus qui in contra-
ctibus ſtricti iuris interuenit (quoquomodo interueniat) eam vim a l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edil. edi.
in iis nõ habeat æquum & bonum, vt contractum propterea red-
dat ipſo iure nullum, Neque eadem actio quæ ex contractu ſtricti

iuris inito naſcitur,ſatis valet,vt dolum ipſum purgare poſſit: ſed 6
alterius actionis aut exceptionis auxilio opus eſt. Attamē in bonæ
fidei contractibus longè maior eſt æqui & boni virtus, bonáque fi
b l. eleganter. ff. de dolo. & l. 3 §. vlt. ff. pro ſoc.
des ipſa fortiùs ſeſe exerit,in quibus ſi dolus interueniat, qui cauſ-
ſam contractui dedit,nullum eſt prorſus quod agitur [b], adeò frau-
di & dolo contraria eſt bona fides: Sinuerò dolus tantum incidat,
vt dum contraheremus nullo dolo perſuaſi,alter noſtrum alterum
deceperit,non alia actione ad purgandum hunc dolum opus eſt,q̃
eadem ipſa actione,quæ ex contractu per nos inito deſcendit. Ve- 7
luti ſi venditor dolo fecerit, vt pluris venderet de artificio menti-
c l. Iulian. §. ſi venditor. ff. de actio. emp.
tus,ex empto actio ſufficeret [c], vt præſtet emptori quanto pluris
ſeruum emiſſet:quia de artificio mētitus eſt. In ſtrictis autem iudi-
ciis quoquo modo dolus ſit, ad doli actionē aut exceptionē recur-
rēdum erit. Vt ſi ſtipulatio dolo vel metu adhibito fiat, valet quod
agitur,ſed per doli mali vel metus exceptionem ſuccurrendus erit
d l. dolo vel metu. C. de inut. ſtip.
is à quo petitur [d]: Sic neque dicitur nullum quod contrahitur,ne-
que ex ſtipulatu actio ſufficit. Si etiam in propoſito quum aliter 8
cōueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus es, obſtri
ctus eris,ſed doli exceptione vti poteris,neque ſi agere voles, ido-
e l. ſi quis cū aliter. ff. de ver. obl.
nea erit ex ſtipulatu actio,ſed de dolo deſiderabitur [e]. In actioni-
bus etiam bonæ fidei in litem iuratur, quod in ſtricti iudicij actio-
nibus generaliter fieri non ſolet [f]. Præterea vſuræ,& fructus, ac-
f. l. ī actionibus. ff. de in lit. iur.
ceſſionéſque omnes ex mora debentur in bonæ fidei iudiciis, Ve-
rùm in ſtricti iuris, nō niſi poſt cœptum iudicium præſtantur, ſi a-
ctio ad id conſequendum ſit quod noſtrum non ſit,veluti ex ſtipu-
latu. Nam ſi quod noſtrum fuit,repetatur: æquum erit rem nō ali- 9
g l. videamus. ff. de vſur.
ter quàm cum fructibus reſtitui [g], vſuríſque ex mora,vt in Saluia-
na, Paulianáque actione,de quibus anteà meminimus,aliíſque ſi-
milibus. Quinetiam in bonæ fidei iudiciis rem ipſam cum fructi-
bus & vſuris acceſſionibúſque reſtituere ſatis nō eſt,ſi res ipſa dete
rior reddatur,que reddita quidem nō videtur,ſi deterior facta red-
h l. iii. §. i. ff. cōmod.
ditur,niſi quod intereſt ſimul præſtetur [h]. Adeò enim bona fides
in his iudiciis effundit ſe atque exundat, vt generaliter quodcun-
que æquum & bonum eſt, veniat: licet à contrahentibus neque di 10
i Accurſ. cui omnes conſentiūt
ctum neque cogitatum quidem id ſit [i]. Animaduertendum tamē
eſt priuſquā ad ſingulas actiones ipſas bonæ fidei veniamus, non-
nullas eſſe actiones, quæ quamuis magnam cum iis quæ bonę fidei
ſunt, ſimilitudinem habeant, non tamē bonæ fidei actiones nomi-
nantur.

1 nantur. Veluti ex teſtamento actio, in qua quidem vſuræ ex mora debentur, & res teſtamento relicta [lz], ſi deterior reddatur, reddita non exiſtimatur. Item & aliæ actiones, de quibus nunc mentionẽ facturi ſumus. In ſumma actiones omnes quas inter bonæ fidei actiones hîc non enumerabimus, ſtricti iuris eſſe haud dubiè exiſtimes. Iã de ipſis igitur ſingulatim dicere incipiamus, poſtquàm de eiſdem abundè ſatis generatim diximus. Bonæ fidei ergo actiones ſunt hæ. Et primum ex empto, & vendito, quibus alter alteri obli-
2 gatur in id quod alterum alteri ex bono & ęquo pręſtare oportet [l]. Illa ad tradendum id quod emptum eſt [m] agitur, ſi modo precium emptor ſoluerit, aut ipſum nondum ſolutum offerat [n]: quod ſi nõ tradatur, quia in poteſtate venditoris non ſit. (Nã aliter ad rei certæ venditæ traditionem omnino cogeretur [o]) in id quod intereſt agitur, hoc eſt, quòd rem habere intereſt emptoris [p]. Emptor verò nummos venditoris facere cogitur, & paria ſunt ſi emptor pre-
3 cium ſoluerit, aut eo nomine aliter ſatisfecerit [q]. Id denique ſciendum eſt etiam ſi de precio minimè ſoluto venditor non excipiat, idque iudex cognouerit, bonæ fidei conuenire pronunciare iudicem de precij ſolutione ſimul atque venditorem, vt tradat, condemnat, ſicque dicere, Condemno Titium, vt rem à ſe venditam Sempronio tradat, ſi modo precium Sempronius dinumerat, aut eo nomine aliter ſatisfaciat [r]. Hac verò ex vendito actione ad precium agitur, vt id venditor ab emptore conſequatur, quum & rem venditam tradere emptori teneatur, non qui-
4 dem vt dominum emptorem aliter faciat, niſi & ipſe dominus fuerit [ſ]. Quod quidem procedere intelligendum eſt, quatenus corpus certum, vel ſpecies venditur. Nam ſi horum quæ in genere conſiſtunt, venditio fieret, veluti hominis, equi, lancis, argenti, vel auri: tunc dominum neceſſariò fieri emptorem oportere creditum eſt [t]. Quemadmodum diximus ex empto actionem aduerſus venditorem rem tradere detrectantem dari: ita & hæc ex vendito actio aduerſus emptorem dabitur, qui quo-
5 niam precium non offert, cum damno venditoris penes ſe res vendita maneat [v]. Idem ſi res iam tradita ſit, & precium non ſoluatur, vt ad precium agi poſsit. Hæ denique actiones ex empto & vendito, ad multa alia variè proponi poſſunt: Veluti quando venditor rem vitioſam dolo vendiderit, ſiquidem ignorans, vt tantum actione ex empto præſtet, quãtominns empturus

lz l. Titia Seio. § vſuras. ff. de leg. ii.

l §. vlti. ſupra de obl. quæ quaſi ex cont.

m l. i. ff. de act. empt.

n l. Iulianus. §. offerri. ff. illo ti.

o interpretes in d. l. i. ff. de act. emp.

p d. l. i.

q l. ex empto, illo ti.

r l. ſi pater. & ibi Bal. de ac. emp.

ſ l. ex empto, illo ti.

t arg. l. ſi à ſubſtituto. §. vl. & l. cũ certus. ff. de act. ẽpt.

v l. i. ff. de per. & cõ. rei vend. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp.

fuiſſet qui emit, ſi id ita eſſe ſciuiſſet. Si verò ſciens, omnia detri- 6
menta quæ ex ea emptione emptor traxerit, luat: [x] aut ſi in corpo-
re rei venditæ non in qualitate conſenſum eſt: nempe quod virgi-
nẽ quæ mulier eſſet, venditor ſit emẽtitus †,
vt ex empto actione ad reſoluẽdum contractũ,
qui iure ſubſiſtebat, & in id quod emptoris in-
tereſt deceptum nõ eſſe agere poſſit [y]. Item vt
venditor emptori inſtrumẽta exhibeat, quibus
rei venditæ ius agnoſcat, fines etiam fundi ven 7
diti vt oſtendat [z], & vt etiam eodem modo vt
venditor agere pro damno rei venditæ dato co
gatur, vel actiones ſuas cædat [a], aut etiam vt
euictionem præſtet [b], vel tandem, vt id quod
in cõtrahendo conuentũ eſt, faciat [c]. Per con-
trarium quoque ſimili modo ex vendito actio aduerſus emptorem
ad alia porrigitur, vt lapides quos ex fundo emit, tollere cogatur [d],
aut domo vẽdita & tradita, vt ruta cæſa reſtituat, hoc eſt, quę eruta 8
ſunt: vt ſementa, & arena quæ in domo erant. Cæſa etiam, vt arbo
res in horto domus exciſę, vel carbones facti, & ſimilia [e]. Nã quę-
cunque in domo ſunt affixa, aut quæ in ſtipitem domo defoſſum
habent, perpetuíque vſus cauſſa ædificij ſunt, ædium ſunt: nõ verò
ea quæ ad præſens ſunt tãtum, quæ & ſi ædiũ cauſſa parata eſſent,
nondum tamen perfecta, ædium eſſe non videntur, niſi ex ædifi-
cio detracta eſſent, vt reponerentur [f]. Sequuntur & aliæ actiones
quæ bonæ fidei ſunt. Ex locato, & conducto. Illa etenim ad rei lo-
catæ precium, ſiue mercedem, in cõductorem interdũ agitur, tem- 9
pore locationis finito [g], & vt rem locatam reſtituat: Alioqui in rei
ipſius æſtimationem per iudicem condemnatur [h]. Merces autem
quæ interuenit, ſiue penſiò, in pecunia numerata eſſe debet. Alio-
qui non locatio, ſed innominatus contractus facio, vt facias dicen
dus eſſet [i]. Item ſi res locata deterior reddatur [lz], eadem actio in
conductorem dabitur. Aut ſi cõductor intempeſtiuè colat, & ope-
ra ruſtica ſuo quoque tempore non faciat [l]. Ex aduerſo in locato-
rem ex conducto actio competit, ſi re quam conduxit ei frui nõ li- 10
ceat [m], aut ſi rem vitioſam ei locauerit, veluti dolia pérque vinum
effluxerit, vt in id quod intereſt condemnetur, nulla excuſata igno
rantia: in id denique actiones hæ competunt, vt ſecundum legem
locationis, & cõductionis omnia fiant, & quod in lege fuerit præ-
termiſſum-

† *Non ſic in contracto ſub hac conditione matrimonio põtificum decretis reſponſum eſt. nã & muliere comperta ea quam non aliter, quàm ſi virgo ĩueniretur uxorem quis duxiſſet, matrimonium non ideo ſoluitur. Vide cap. I. & illic ĩterpretes de cõd. appoſ.*

x d. l. Iulianus. de act. e. [illegible]

y l. i. ſterilis. §. quanuis. & l. ex empto. §. ſi quis virginem, eod.

z l. Titius, illo tit.

a l. ſi ea, eod.

b l. non dubitatur. C. de euictio.

c l. tenetur §. i. de act. emp.

d l. ſi is qui illo titu.

e l. fũdi. §. ſi ruta, illo tit.

f d. l. fũdi. & l. ſeq.

g l. ii. ff. loca. l. edem. c. eod.

h l. conductor. C. illo tit.

i Accur. in l. i. §. ſi quis ſeruum. ff. depo.

lz l. ii. ff. in quib. cauſ. pig. vel hi.

l l. ſi merces. §. conductor. ff. loc.

m l. ex cõducto, illo tit.

1 termiſſum id etiam ex bono & æquo præſtetur [n]. Eſt & negocio-
rum geſtorum actio bonæ fidei, quarũ altera directa eſt, altera con
traria, vtraque tamẽ bonæ fidei: directa enim domino rei geſtę ad-
uerſus eum qui geſſit datur, ſi neglig ẽter aut perperam aliter geſ-
ſerit: cõtraria verò negociorum geſtori aduerſus dominum, quan-
do vtiliter geſſit, & ſumptus forſan in rem domini fecit [o]. Quæ ta
mẽ aut amicitia paterna, aut pietatis intuitu, aut maritali affectio-
ne, aut etiam officio, vel obſequio geſta ſunt, actionem hanc non
2 admittunt [p]: tenetúrque hac actione non ſolùm is qui ſponte &
nulla neceſſitate cogente ſe negociis alienis immiſcuit, & ea geſ-
ſit. Verùm & is qui vrgente neceſſitate aliqua geſſit, vel neceſſita-
tis [q] ſuſpitione, modo tamẽ ſine mandato geſſerit [r]. Sunt & man
dati, depoſiti, pro ſocio, & commodati actiones bonæ fidei, de qui-
bus tamen, quoniam anteà iam meminimus, ad reliquas feſtine-
mus. Succedit tutelæ actio, cui⁹ natura ſi directa actio ſit, eſt petere
vt rationes tutelæ à tutore [ſ] reddãtur. De omnibus enim quæ ipſe
3 fecit quum facere non debuerit, & de his quæ non fecit rationem
eũdem reddere oportet [t]. Nam tutoris officium eſt rationis actus
ſui conficere, & pupillo reddere, alioqui ſi non fecerit, hac eadem
actione pupillo ſuccurretur [v]: vt certè ſecundum harum bonæ fi-
dei actionum naturam in litem à pupillo iuretur [x]: Niſi tamen fi-
nita tutela hac actione non experimur, quę pubertate non tantum
finitur, ſed & morte tutoris, vel pupilli [y]. Contraria quoque actio-
ne æquum viſum fuit ipſi tutori aduerſus pupillum conſuli, vt ea
4 quę pro pupillis rectè impenderit conſequatur. Etenim prouocan-
di fuerunt tutores, vt promptiùs de ſuo pro pupillis aliquid impen
dant, cum ſciunt ſe recepturos id quod impenderint [z]. Idémque
erit ſi cum tutorẽ ſe putaret aliquis pro tutore negocia pupilli geſ-
ſerit, vel adminiſtrauerit, vel ſimili modo pro tutore teneatur; quo
caſu in ipſum quoque ſtatim pro tutore actio competit [a], quæ bo-
næ fidei eſt. In eodẽ numero eſt actio pigneratitia, quæ tam dire-
cta, quàm contraria, bonæ fidei etiam eſt. Debitori competit dire-
5 cta, vt pignus repetat, ſolutio tamen prius tamen priùs debito, ita
vt pecunia omnis anteà ſoluta eſſe debeãt, aut eo nomine aliter cre
ditori ſatisfactum: Quod ita interpretamur, quoties conſenſit cre
ditor à pignore recedere [b]. Nam alioqui tamdiu actio hæc ceſſat,
quamdiu integra pecunia numerata creditori non eſt, etiam ſi pro
maiore parte ſolutio facta eſſet [c]. Sciendum tamen eſt fructus rei

n §. conductor. ſupra locat.

o §. i. ſup. de obligat. quaſi ex cõtract.

p l. i. C. de neg. geſt. l. is qui. & l. ex duobus. §. vlt. ff. illo tit.

q l. 3. §. hac actione. ff. de ne. geſt.

r d. §. ii. ſupra de obl. & quaſi ex contract.

ſ l. actione ff. de tutel.

t l. i. ff. illo tit.

v d. l. i. §. officio.

x l. i. C. de in lit. iur.

y l. niſi. ff. de tutel.

z l. i. ff. de cont. iud. tut.

a l. l. ff. de eo qui pro tut.

b l. ſi rẽ. §. omnis. ff. de pig. act.

c l. quamdiu. C. de diſt. pig.

pignori date, & quicquid inde perceptum eſt, id totum debito im- 6
putari [d]. Ex aduerſo creditori contraria datur actio, ſi quid forſan
in re pignori data impenderit, vel ſi debitor rem alienam, vel alij
pigneratam, vel in publicum obligatam, etiam ignorans dederit.
Nam qui ſciens dedit, ſtellionatus crimine tenetur [e]. Hipotheca-
ria autem actio inter bonæ fidei actiones non annumeratur. Sunt
& actiones familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo bonæ fi-
dei, quæ ſemper directè ſunt. Nam æquè principaliter litigantium 7.
vterque in his ſemper obligatus inuenitur, proptereáque iudicia
eiuſmodi duplicia appellantur, quoniã in his vterque actor & reus
eſt, Sicut de his antea iam ſatis diximus. Finium autem regundorũ
actio tametſi magnam cum his ſimilitudinem habeat, bonæ fidei
tamen non eſt quandoquidem in prioribus iudiciis ius quoddã fra-
ternitatis [f] ſit, in quibus nõ mirum ſi bona fides pinguior, exube-
rantiórque eſſe debeat. Præterea & præſcriptis verbis actio bonæ
fidei dicitur, tam ea quæ de æſtimato proponitur, quàm ea quæ ex 8
permutatione competit. De æſtimato actio conceditur, quando
res æſtimata vendenda datur, tollendæ dubitationis gratia an ex
vendito eſſe debeat actio, propter æſtimationem, an ex locato,
quaſi res vendenda locata eſſe videatur, an ex conducto, veluti
operis conductis, an etiam mandati: hæc ſi quidem æſtimatoria
præſcriptis verbis actio, quoties de nomine contractus alicuius
ambigitur, conceditur. Eſt enim negocium ciuile geſtum & qui-
dem bona fide: habent igitur omnia locum [g] hic quæ de bonæ fi-
dei iudiciis anteà dicta ſunt. Aeſtimatio autem periculum eius
facit qui ſuſcepit, ita vt rem incorruptam, aut æſtimationem de 9
qua conuenit reſtituere debeat. Niſi res ideo æſtimata fuiſſet, vt
ſciret is qui ſuſcepit quanti eam venderet, & rogatu eius qui ven-
dendam rem dedit eandem ſuſcepiſſet. Nam tunc ſolius dantis
periculo rei erit interitus. Quod ſi rogaſſet is qui ſuſcepit, ſui ipſius
itidem erit periculo. Si neuter, ſed ſolius vtriuſque tantum con-
ſenſus fuit, dolum & culpam præſtabit [h] tantum qui ſuſcepit. Ea
autem quę ex permutatione competit præſcriptis verbis actio, na- 10
ſcitur demum re ab altero ſequuta, nam aliter ex nuda con-
uentione permutationis nulla re ſequuta nemini actio competit,
niſi interpoſita fuiſſet [i] ſtipulatio. Verùm citra æſtimatoriam a-
ctionem præſcriptis verbis, & eam quæ ex permutatione com-
petit, nulla eſt præſcriptis verbis actio bonæ fidei quales ſunt
hæ actiones

d l.i.&.ii. de pig.act.

e l.tutor.§. cõtrariam. ff.de pign. act.

f l.verum. ff. pro ſoc.

g glo.i.ff. de æſt.act.

h l. ſi gratuitam.§. ſi margaritas ff.præſcri. verb.

i l.ex placito.C.de rer. perm. & l.i.§.i. de æſt. act. ff.

1 hæ actiones quæ ex pactis incõtinenti adpoſitis producuntur, quæ quidem pręſcriptis verbis appellantur [i]. Niſi ſanè pacta eiuſmodi de æſtimato, aut permutatione facta eſſent. Nam adhuc præſcriptis verbis actiones eas bonæ fidei eſſe dicendum eſſet: Veluti ſi cum Titius fundum à me emeret, iuxta emptionis & venditionis contractum pactum ſtatim ſubſequutum eſt, quo res vendenda aliqua æſtimata mihi datur, aut de permutando Sticho ſeruo meo cum tuo conuentum fuit, actio certè præſcriptis verbis quæ inde
2 producitur bonæ fidei merito appellabitur. Quod & ſi contractui ſtricti iuris pacta huiuſmodi ſtatim adpoſita ſunt, adhuc tamen actionem bonæ fidei eſſe pleriſque viſum fuit [lz]. Planè conuentiones hæ ſtatim ſubſequutę ineſſe quodammodo bonæ fidei iudiciis videntur, adeò vt principalem ipſam actionem perimant, & informent: hoc eſt, nouam veluti formam actioni principali porrigant, vt nedum ad id quod ſui natura competunt proponantur, ſed etiam ad id quod his conuentionibus incontinenti adpoſitis
3 deductum eſt [l]. Et propterea quæ bonæ fidei actio erat, eadem ad id quod incontinenti poſitum eſt remanet: verbi gratia ſi fundi partem ea lege tibi vẽdiderit Titius, vt partem alteram aureis annuis decem cõductam haberes, ſi in cõductione à Titio prohibearis, non ex conducto, ſed ex empto erit actio, agétque vẽditor ex vendito, vt hæc ſibi cõductio pręſtetur, cum hoc ipſum preciũ fundi videatur, quod eo pacto vẽditus fundus fuerit [m], ideóq; fructus ex mora veniunt [n]. Cæterùm præſcriptis verbis actio ad alia etiã
4 proponitur, vt ſi do aliquid vt facias, modo pecunia non detur. Nam non precium dãdum, ſed res aliqua mutuo danda eſt, ad hoc vt hæc competat actio. Et in hac ſpecie non bonæ fidei, ſed ſtricti iuris eſt. Idem erit ſi facio vt facias, vt etiam adhuc ſtricti iuris ſit. Quod ſi do vt des, fiet tunc permutatio, in qua præſcriptis verbis actionem bonæ fidei eſſe diximus, ſi modo non pecunia, ſed res pro re detur. Si verò facio vt des quòd poſtremum eſt, túque poſtquam feci dare ceſſas, nulla erit ciuilis actio: ideo de
5 dolo dabitur, quæ ſtricti iuris eſt [o]. Veruntamen eum qui agere volet, impleuiſſe ſemper prius oportet id quod dare aut facere conuenit, antequam experiri poſſit [p]. Explicita igitur eſt præſcriptis verbis, ſimúlque in factum actio, quæ ad eadem quę proximè diximus proponitur [q], in eiſdémque caſibus præſcriptis verbis actio bonæ fidei eſt, cum eadem eſſe intelligatur,

i l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo. ff. de pac. & l. ii. C. de pact. int. emp.

lz id ex cõſtãriori opinione ferè omniũ per l. lecta. ff. ſi cert. pet. & l. petẽs. C. de pac.

l l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo. ff. de pac.

m l. fundi partẽ. ff. de cõtra. emp.

n l. ii. ff. de pac. int. ẽp.

o hæc in. l. naturalis. ff pręſc. verb.

p d. l. ex placito. C. de rer. permu.

q l. ſi tib. areæ. ff. pſc. ver.

quanuis porrigatur etiam ad alia. Nam quoties euenit, vt ceſſanti- 6
bus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, proprium actionis
nomen inueniri nõ poſſit, ad hanc quę in factum eſt actioẽ deſcen-
ditur [r], in locum etiam interdictorum ea proponetur, de qua ſuo
poſteà loco dicendum relinquimus [ſ]. Porrò quanuis anteà incertũ
eſſet de hæreditatis petitione, (tanquam nulla realis actio ſit quæ
bonæ fidei inueniatur) an inter bonæ fidei iudicia connumeranda
eſſet, noſtra tamen conſtitutione manifeſtum fecimus eam eſſe bo
næ fidei, quum etiam præſtationes perſonales quaſdam [t] habeat. 7
Quæ quoniam vniuerſas res hæreditarias, & iura complectitur,
atque etiam non hæreditarias quæque ſint, dum tamen harum pe-
riculum ad hæredem pertineat [v], interpretanda erit vt bonæ fidei
ſemper ſit: niſi forſan pro contractu, actionéve ſtricti iuris propo-
neretur: veniunt ſi quidẽ omnes hęreditariè actiones in hæredita-
tis petitionẽ cum ſua prima natura, minimè quidem aduentitia [x].
Quoniam verò per omnia huic hęreditatis petitioni æquè ſimiles
ſunt, eadémque recipiãt poſſeſſoria, fideicõmiſſoriáque hæredita- 8
tis petitio [y], eaſdem ſimili modo inter bonæ fidei actiones connu
merari ratio eadem exigit. Competit autem hæreditatis petitio ei
qui quoquomodo hæres eſt, ſiue iure veteri, ſiue nouo, ex teſtamẽ-
to, ſiue ab inteſtato, per ſe, vel per alium, etiam extraneum [z]. Siue
etiam quis inſolidũ, vel ex parte hæres ſit, & datur in eum qui vel
ius pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, vel rem hæreditariam
licet minimã [a]. Is autẽ pro hærede poſſidet, qui ſe hæredẽ conten-
dit. Pro poſſeſſore verò, qui interrogatus cur poſſideat, ſit reſpon- 9
ſurus ſit, quia poſſideo [b]. Quę quidẽ poſſidẽdi cauſſę tituli vim nõ
habẽt, quum ita ſit cõtra titulo poſſidentem petitionẽ hæreditatis
nõ dari, ſed rei vẽdicatione eſſe [c] opus, licet in bonæ fidei poſſeſſo-
rem qui hæreditatem emit vtilis petitio hære-
ditatis interdum porrigatur: vtputa ſi nõ extet
venditor, vel modico vendidit [d], & in eũ quo-
que qui ſciens rem alienam emit, vt vniuerſita-
tis emptorem datur, cúmque qui hæreditatem 10
quaſi vacantem à fiſco emerit [e]. Meritò igitur
interrogatus quis quomodo poſſideat †, dice-

† Quoties quis cõuenitur ut reſpõdeat an quo táque parte pro hærede ſe gerat, antequã interrogationi huic reſpõdeat, declarare debet actor eius actionis ſpeciẽ quam in eum, ut hæredem mouere vult. Atque ita indicatur, ne aliter litigantium malignus occaſionem faceſſendi, quibus uelit habeat.

r l.i.ff. illo tit.

ſ in.§. vlti. infra de interdict.

t l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hær.

v l. item videndum. §. vlt. illo tit.

x l. itẽ veniunt. §. cũ prædixerit eodem.

y l.i. & .ii. de poſ. & fid. her. pen. ff.

z l.i.ii. & iii. ff. de pet. her.

a l. licet minimam illo tit. & .l. regulariter.

b l. pro hærede & .l. ſeq. eod.

c l. hæreditatis. C. illo tit.

d l. etiam. §.i. illo ti. ff

e eadem l. §. ſi quis ſciens.

re cogitur

1 re cogitur pro hærede, an ꝑ poſſeſſore poſsideat, quod alioqui inutile eſſet [f] †. Veniunt autem in hoc iudicium fructus percepti, percipiendíque, & inhoneſti etiam quæſtus: ne honeſta interpretatio, nõ honeſto quæſtu poſſeſſori lucrum faciat [g]. Bonæ fidei tamen poſſeſſoribus conſultũ eſt, vt in id duntaxat teneantur in quo locupletiores facti ſunt [h], qui vel impenſas omnino deducunt: licet res non extet, prædo autem nõ aliter quàm
2 ſi res melior ſit facta [i]. In hac prǽtereà actione is qui hæreditatem petit ius ſuum nõ ex aduerſarij poſſeſsione, ſed ex iure ſuo metietur. Si quis itaq; exaſſe ſit hæres, totam hæreditatem petet, & ſi partem tatum poſſeſſor detineat: quod ſi ex parte hæres tantum ſit, partem petet, quanuis totam hæreditatem poſſeſſor habeat [k]. Attamen petitionem hãc hæreditatis proponi ſolum mo-
3 do ſciendum eſt poſſeſſione rerum hæreditariarum ab hærede nõdum adepta: Nam ſi ſemel adepta eſſet, non amplius hæreditariè, ſed propriè res dicerẽtur [l]: ſpecialéſque ideo pro his in rem actiones deſiderandas eſſe verius eſt.

† *Iure pontificio cogun tur ſacerdotiorũ poſſeſſores ſuæ poſſeſsionis titulum oſtendere. ca. ordinarij de offi. archid. lib. 6. atque Franciſci conſtit. id initio cuiuſque litis etiam poſſeſſoriè quũ de ſacerdotiis agitur curandũ eſt: ne alioqui poſſeſsione cadat qui id facere neglexerit.*

f l. cogi. C. illo tit.

g l. ſi poſſeſſor ex hæreditate & l. ancillarum. ff. illo tit.

h l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit, eod.

i l. planè, eodem.

k l. i. §. i. ff. ſi pars hæred.

l Accur. in l. i. §. veteres. ff. de acquir. poſſ.

Fuerat anteà.

PRæter has verò actiones bonæ fidei quas iam hic ſingulas enumerauimus, fuerat anteà & alia actio quę rei vxorię appellabatur, qua dotibus ſubueniebatur, ab vxore quidẽ potius quàm à vi-
4 ro tametſi dotis ſit dominus [m]: ideo denominata, quòd nõ tam viris, quàm ipſis vxoribus fauere iura intenderint. Idque non ſolùm propter obſequia quæ maritis præſtãt, verumetiam propter partus periculum, ipſámque grauem liberorũ geſtationẽ, & procreationem [n]. Vnde & ob ipſum vxorũ matrũ onus, matrimoniũ forſan non aliunde nomen accepit, quaſi matris onus dictum, propterea ab eiſdẽ fœminis potius, quàm à viris inde ſumptum. Verùm quia
5 eiſdem vxoribus rei vxoriæ actione conuentionéque nuda quę ad dotis etiam exactionem ſola ſufficiebat [o] pleniorem eſſet exſtipulat actionem certiorẽmq; duximus, omne ius quòd res vxoria anteà habebat, in hanc quæ de dotibus exigendis proponitur tranſtulimus, rei vxorię actione omnino ſublata. Et licet non ignoremus ex ſtipulatu actionem ſtricti iuris eſſe, quia tamen noua natura de dote ſtipulationi indita eſt, ei dẽ rei vxorię actionis in cuius locum

m l. doce. C. de rei. vend.

n l. aſſiduis C. qui pot. i pig. hab. & l. i. ff. ſol. matrim.

o l. ad exactionẽ. C. de iur. dot.

ſufficitur non immeritò bonę fidei beneficium accõmodauimus p. 6
Proinde à nobis ſancitum eſt omnes dotes per ex ſtipulatu actio-
nem exigi, ſiue de dote ſtipulatio interuenerit, ſiue non, vt intelli-
gatur ſemper fuiſſe. Et ſi interuenerit, inutilitérque facta ſit, vale-
re eandem neq; euaneſcere ſimili modo volumus. Quod tam in
perſona viri, quàm vxoris, æqua lance ſeruandum eſt q. Nam quia
ſuis moleſtiis domeſticíſque ſolicitudinibus nuptiæ nõ carent, pla
cuit dotes quoque viris conſtitutas conſeruari, quibus illecti mo-
leſtias illas tollerabiliores haberent, æquiùs perferrent, thalamíq; 7
concordia citiùs conciliarentur. Atque etiam in perſona patris fi-
liæ idem eſt, quòd ad cõmunem illis de dote præfectitia actionem
attinet r. Nam vt propriam de dote actionem in ſe transferat, ſti-
pulatione expreſſa ſuiipſis opus eſt, & quæ ex cõtinenti fiat, quo-
ties dotem ipſe dat. Alioqui ex interuallo niſi cõſentiente filia de-
teriorem illius conditionem facere non poterit. Planè ſi ante nu-
ptias pater dotem dederit, ex interuallo poterit (ante nuptias tamẽ
& citra voluntatem quoque filiæ) ſtipulari ſ: Quæ tamen in pro- 8
poſito patris ſtipulationes non bonæ fidei, ſed ſtricti iuris cenſen-
tur. Cæterùm ſi extraneus fuerit qui dotem dederit, neque ſi-
bi ſtipulatione, aut etiam pacto proſpexerit, intelligetur tùm mu-
lier ſibi ſtipulatione de dote cauiſſe, quãuis re vera nulla ſtipulatio
interuenerit. Eum autem extraneum intelligimus, qui per virilem
ſexum parens non eſt, aut parentem etiam, ſi eam quæ dotatur in
poteſtate non habeat t. Dedimus & actioni huic ex ſtipulatu quę
de dote competit tacitam hipothecam, quoniam bona inuicem e-
ius quo cùm contrahitur tacitè (& ſi conuentum non ſit) obligata 9
ſunt. Idque tam marito pro reſtitutione dotis, quàm mulieri pro
ipſa dote præſtanda, vel rebus dotalibus euictis conceditur, nõ ſo-
lùm ſi hæ perſonæ dotem dederint, promiſerint, aut ſuſceperint,
ſed etiam ſi alius pro his. Siue dos aduẽtitia, profectitia fuerit v, ſi-
ue donatio propter nuptias ſit, aut etiam de bonis paraphernis ex-
tra dotem conſtitutis x agatur. Quod quidem tacitę hipothecę be
neficium, quia actioni non perſonæ tantùm conceſſum eſt, ad hæ-
redes etiam defertur. Neque in hoc tantùm vxoribus indulſimus, 10
ſed & ſingulari quodã iure ipſis earúmque procuratoribus y, vt in
perſonalibus nedum actionibus, ſed in hipothecis tacitis præfe-
rantur z. Quod tamen beneficium noſtrum perſonale adeò eſſe
volumus, vt neque ad hæredes a (niſi ad ſolos filios matrimonij
eius

p l. vnica. §. ſed ſi nõ ignoremus C. de rei vxo. act.

q d. l. vnica. in prin.

r l. ii. §. i. ff. ſol. mat.

ſ l. quoties ff. illo tit.

t l. vnica. §. accedit. de rei vxo. act. C.

v d. l. vnica. §. i.

x l. vbi. C. de iur. dot.

y l. etiam. ff. ſol. matr.

z l. d. l. aſſiduis. §. ad hæc. C. qui pot. in pig.

a l. vnica. C. de priuil. dot.

1 eius à quo dos profecta ſit) transferatur [b]: neque etiam ad pa-
trem, niſi filia ſuperſtitæ dotem repetat [c]: Neque in donatione
propter nuptias eidem priuilegio locus erit, quia non tam lucri
gratia, quàm ne dãnum patiantur, ſuiſque rebus defraudentur, id
ipſis cauimus [d]. Admonendi tamen ſumus mulierem minimè
creditoribus expreſſam hipothecam anteriorem habentibus præ-
ferri, veluti ſi cui illorũ aut pignus pro debito traditũ, aut fuudus
expreſſa obligatione hipothecatus fuerit. Nã nec fiſco noſtro cui
2 ius idem tacitæ hipothecæ conceſſimus [e] id licet. Iniquum enim,
& à ratione alienum foret, iuri expreſſa cauſſa diligentibus, &
ſecuris creditoribus quæſito indulgẽtiorem ſequentis poſteà ma-
trimonij fauorem fraudi eſſe. In rebus tamen poſt dotis contra-
ctum à viro quæſitis, omni creditori etiã anteriorem hipothecam
expreſſam habenti ad exemplum fiſci præferri mulierem [f] magis
eſt. Quinetiam huiuſdem tacitæ hipothecæ ceſſat vis, vt & ante-
3 rioribus creditoribus tacitam tantùm hipothecam habentibus mi-
nimè præferatur, quoties cauta tantummodo dos eſt non nume-
rata [g]. Nam neque admittitur dotis petitio, quandiu dotem nu-
meratam eſſe ambigitur, & ſi numeratam fuiſ-
ſe dotem ſcripto appareat [h] †. Quũ igitur mu-
lier de dote ſoluto matrimonio hac actione ex-
peritur, & anterioribus creditoribus in taci-
tis hipothecis præferri vult, ſi ab iis de dote cau
ta non numerata interceſſum fuerit, non ſuf-
4 ficiet ſi proferat cautionem viri mulier, qua
dotem acceptam à ſe etiam iureiurando pͬofi-
teatur [i], expreſſáque exceptione non nume-
tæ dotis renunciet, atque etiam tempora exceptionis eiuſdem
lapſa ſint, & non dotem à ſe datam viro aliter oſtendat. Quod
quidem ſumma ratione æquitatéque nititur. Nam & ſi aduer-
ſus virum hæredémve illius cautio huiuſmodi vtilis eſt, non ta-
men creditoribus obeſſe debet. Conuentiones enim in alia re
5 factæ, aut cum alia perſona, in alia re, aliíve perſonæ nocere non
debent [lz]. Iuſiurandum item ei cui factum non eſt cur obe-
rit [l]? lapſus vero temporis in alieno facto damno eſſe non de-
bet [m]. Ita tamen quæ diximus interpretabimur, ſi & creditores
ipſi de pecunia credita numerata viro mulieris perſpicuè doceant.

† *Ea exceptione dotis cautè non numeratæ hodie, non utimur, ſicut nec exceptione pecuniæ non numeratæ, ut in titulo de exceptionibus in. §. idem iuris eſt dicetur.*

b d. l. aſſiduis.

c §. quia vero, in auth. de equa. dot.

d d. l. aſſiduis.

e l. quãuis C. de priuil. fiſc.

f l. ſi is qui mihi. ff. de iur. fiſc.

g Accurſ. ĩ d. l. aſſiduis cui iterpretes conſentiunt.

h l. i. C. de dot. cau. nõ nume.

i contra Bar. in d. l. aſſiduis ex op. Iaſ. Nicol. de Neap. & Zazii hic.

lz l. ſi vnus §. ante omnia. ff. de pact.

l l. cũ qui §. ſi petenti ff. de pub. in rem act.

m l. vlti. ff. pro ſoc.

Alioqui præferenda meritò iterum eſſet vxor [o]. Exactio autẽ do- 6
tis ſoluto ſtatim matrimonio fit, ſi de rebus ſoli quęſtio ſit: cęterùm
ſi de mobilibus, aut incorporalibus, veluti nominibus, non niſi poſt annum †, ſi maritus vel illius hæres ex retẽtione commodum aliquod medio tempore conſequi poſſunt, quo etiã deducto ſtatim exactio permittitur. Veniúntque in hoc iudicio tam vſuræ, quàm etiã fructus [p].
Eodémque modo & mulier de dote aduerſus 7
virum conſtante matrimonio experiri poterit, ſi ad inopiã vergat, Ne vel decoctis rebus omnibus, mulier nõ habens vnde alatur, turpe aliquid facere rerum penuria auſit. Non tamẽ vt alienandi quicquam facultatem viuente marito propterea mulier habeat. Nam & eo tempore matrimonio non ſoluto, fructus quoque nõ
ſolùm ad ſuſtẽtationem ſui, ſed mariti filiorum 8
percipientur [q].

o Iaſ. hic ex opi. interpret. l. i. ff. ſol. mat.

p l. vnica. §. cum aũt. C. de rei vxo. act.

q l. vbi. C. de iur. dot.

† *Hæc quæ de tempore exigendæ dotis hìc traduntur apud nos locum non habent. Sed ſi de die conuentũ fuerit, qua dos quæ in nummis erat, viro ſolueretur, eadem ſoluto matrimonio repetita intelligitur. ut ſi conuentum fuerit contracto ſtatim matrimonio ſolui, ſoluto etiam ſtatim matrimonio reſtituendam eam eſſe conuentum uidebitur, & idem ſi alia dies alio modo ſolutioni dotis dicta fuerit. Vide Maſuerium in tit. de dote & matrimonio munito. 29. uerſ. item ſi fuerit.*

In bonæ fidei iudiciis.

In his porrò bonę fidei iudicis (de quibus hactenus diximus) libera poteſtas permittitur iudici ex bono & æquo æſtimandi quantum actori reum dare oportet: Nam (vt anteà dictum eſt) harum bonæ fidei actionum vis latiſsimè manat, in quibus potiores ſunt iudicis
partes æſtimandi quid quémque cuique dare oportuerit, quando 9
ita ſit in his alterũ alteri obligari in id quod ex bono & æquo præſtare oportet [r], etiam ſi id à cõtrahentibus minimè expreſſum ſit. Quod in ſtrictis iudiciis lõgè aliud eſt, in quibus quicquid adſtringendæ obligationis cauſſa eſt, id niſi palàm verbis exprimatur, omiſſum intelligitur [ſ]. In his ergo bonæ fidei iudiciis continẽtur illud, vt ſi quid inuicem præſtare actorem oporteat, eo compenſato in reliquum, is cum quo actum eſt condemnetur. Ita vt ſi quis agat
bonę fidei actione, & decem aureos petat. Iſque inuicem quinque 10
aureos debeat: iudicis erit officium in quinque ſolos condemnare cõpenſatione habita cum iis quinque quæ inuicẽ debentur. Quod ſi compenſationis rationem iudex non habuerit, nihilominus ſalua petitio eius quod debetur, manet: neque rei iudicatæ exceptio obiici poteſt, niſi cõpenſationem iudex (quaſi non exiſtente debito)

r §. vl. ſup. de obli. ex conſenſu.

ſ l. quicquid adſtrĩgẽdæ. ff. de verb. obli.

1 to) reprobaſſet [c]. Eſt autem compenſatio inuicem quæ contra debentur imputandi ratio, ſeu debiti & crediti inuicem inter ſe contributio. Neque hac dictione (inuicem) ſine cauſſa ſæpiùs vtimur, quia eius quod alij quàm ei qui cōuenitur debetur, minimè admittitur compenſatio [v]. Vnde creditor compenſare nō cogitur quod alij, quàm debitori ſuo debet, & ſi creditoris creditor ob debitum proprium pro eo qui conuenitur, compenſare velit [x]. Sicut etiam ei qui alterius nomine petit debitum proprium, rectè non obiici-
2 tur. Vt ſi tutor id quod pupillo debetur, petat, compenſatio eius pecuniæ, quàm ipſe tutor ſuo nomine aduerſario debet, opponi nō [y] poteſt. Ea igitur eſt horum bonæ fidei iudiciorum in compenſando, eo quod inuicem debetur, vis & natura: Quæ non eadem tamen in ſtricti iuris iudiciis olim erat, in quibus non tam libera eſt iudicis poteſtas: ſed ſumma exactáque iuris conſtituti ratio habetur. Ideóque ſi ad decem aureos tecum Mæuius egiſſet, quāuis inuicem quinque Titius tibi deberet, nihilominus tamen in decem
3 condemnandus fuiſſes: atque id quidem quantum ad ſtrictam iuris rationem attinet. Sed emiſſum eſt poſteà diui Marci Cęſaris reſcriptum, per quod in eiſdem iudiciis compenſatio quidem inducebatur. Sed hoc ita demum, ſi doli mali exceptione is cum quo agebatur, vſus fuiſſet, tanquam dolo creditor faceret, qui quod redditurus eſſet, peteret [z]. Adeò vt quamuis iudici ipſi de compenſando debito perſpicuè ex prolatis inſtrumentis liqueret, non tamen prohibebatur in totam ſummam à creditore petitam reum, qui do-
4 li mali exceptione vſus non eſſet, condemnare. Noſtra verò conſtitutio compenſationes eaſdem latiùs liberiúſque in eiſdem Iudiciis introduxit. Quæ quidē neceſſarię ideo viſę ſunt, quādo noſtra multum refert non potius ſoluere, q̄ ſolutum reperere [a]: Proinde à nobis ſancitū eſt, vt compenſationes omnes quæ iure aperto nitūtur, hoc eſt, quæ liquidæ ſunt, & certę, neque inuolucris & ambagibus innodatę, ſeu inuolutę, ſed quæ facilem ſui exitum pręſtant, (cuius rei notio iudicis arbitrio relinquitur [b]) actiones ipſo iure minuāt,
5 id eſt, eo ipſo quod à iudice cōpertum erit, compenſationi eſſe locū, nulla doli mali exceptione propoſita actiones ipſę pro ea parte, pro qua fieri compenſatio debebit, ſtatim tabeſcant †, & extinguantur [c]. Adeò vt is qui cōpenſare potuit, ſi ſoluit, condicere poſsit, quaſi indebito [d] ſoluto. Propterea

† *Hodie compenſatio principis reſcripto impetratur, niſi de ea ineunda aduerſarius pact. ſit.*

c l. quod in diem. §. i. ff. de cōpē.
v l. eius. C. illo. tit.
x l. in rem verſi. creditorē, eod.
y l. penul. ff. illo tit.
z l. dolo. ff. de doli. excep.
a l. iii. ff. de cōpenſ.
b l. vlti. §. hoc vterque. C. de compenſa.
c d. l. vlti. C. illo tit.
d l. ſi ambo ff. de cōpē.

ſi actionem decem aureorum habueris cum Titio, cui quinque debeas, ipſo iure ſtatim actio ſimul atque debere eidem cœpiſti quinque aureis minuta eſt [e]. Neque in ſorte tantum principali, ſed & in vſuris minutio hæc [f] fit. Quum igitur alter pecuniam ſine vſuris debet, alter cum vſuris, concurrentis apud vtrunque quantitatis admiſſa compenſatione vſuræ non debentur. Veluti ſi Mæuio, cui viginti petebas cum vſuris, decem ſine vſuris debueris, ſummæ tantum reliquæ decem per compenſationem 7
non concurrentis, vſuræ præſtandæ erunt [g]. Sed ſi inuicem ſit pecunia cum vſuris data, diuerſis tamen vſuris compenſatio habebit, nihilominus locum eius quod inuicem debetur [h]. Idque in pœnæ compenſatione non immeritò dicemus: Vnde ſi tam actor quàm reus alter ab altero in emphiteoſim aliquid acceperint, & per triennium, neque pecunias ſoluerint, neque apochas reddiderint, quum vtrique liceat alterum à prædiis emphiteothicariis repellere, vtriuſque pœnæ compenſatio rectè 8
admittitur [i]: Nam & in delictis etiam id receptum inuenimus, nimirum vt dolus dolo compenſetur [lz]. Viro igitur & vxore mores accuſantibus, vtriuſque delicti compenſationem admittendam eſſe pronunciatũ eſt. Ea nanque ratione, ꝙ paria delicta mutua cõpenſatione diſſoluũtur [l], niſi criminalis intendatur actio [m]. Planè ei qui cõpẽſatione vti volet, neceſſariũ erit de eadẽ iudicẽ monere, ipſamq; cõpenſationẽ petitioni actoris obiicere, quũ alioqui iudicẽ hariolari oporteret, cõpenſationi eſſe locum [n]. In omnibus verò actionibus eandem vim compenſationi dedimus, non ſolùm bonę fidei, ſed & ſtricti iuris, ſiue in perſonã ſint, ſiue etiam in rem, quũ 9
ad rei petitæ quidem æſtimationem ventum eſt. Nempe ſi reus in litis æſtimationem quam reſtituere non poteſt, fuerit condemnatus [o]. Nam ſpecierum aliter ſiue corporum quę extra pecuniã numeratam ſunt, compenſatio ideo nõ admittitur, quoniã iure aperto (vt diximus) nõ nituntur, neque liquida, aut certa vtriuſque rei æſtimatio ſit. In quibus varia ex affectu & vtilitate ſingulorum cadere poteſt affectio, propter quæ plus minùsve alterum ex corporibus æſtimari poſsit [p]. Idémque etiam de corporis cum pecunia compenſatione dicendum erit, adeò vt ſi pecuniarium nomen pignori datum fuerit, pecunia quidem exacta inde rectè compenſabitur. Quod ſi non pecuniæ, ſed corporis nomen fuerit, corporis exactio compenſationem facere non poterit: ſed pignus faciet.

e ex Theophilo.
f l. ſi conſtat. C. de compenſa.
g l. cũ aliter. ff. illo tit.
h l. idẽ iuris, eodem.
i Fab. cui omnes conſentiunt.
lz l. ſi duo ff. de dol. excep.
l l. viro atque vxore. ff. ſo. matr.
m l. ii. §. ſi publice. ff. ad l. Iul. de adul.
n facit. l. 2. & l. ſi conſtat. C. de compenſ.
o l. eius. & l. qui reſtitutionem, illo tit.
p l. precia rerũ. ff. ad l. Falc.

1 ciet [q]. Nobis enim inuitis aliter neceſſario coactáq; rei noſtræ in-
geretur venditio [r]. Si tamen corpora ipſa in pecuniam numeratã
neceſſariò vertãtur, cõpenſatio non prohibetur: vt quãdo legatus
eſt tibi fundus, qui Sempronij erat, neque Sempronius eum vẽde-
re vult, vel immenſum precium petat, æquiſsimum erit cõcedi hæ-
redi, vt æſtimationẽ tibi prçſtet [ſ], qua cum pari ſumma quç à te ei-
dem debetur, compẽſare (ſi volet) poterit. Quæ autem de ſpecierũ
cõpenſatione diximus, eadem & de generis compenſatione intelli
2 genda erunt: vt ſi duo inuicẽ hominem, equum, aut aliud in gene-
re debeant: Nam & genere ſpecies continetur [t]. Neq; ſolui aliter
genus q̃ per ſpeciem poteſt [v], quæ in generis obligatione infuſa
eſt. Quinetiã in rebus omnibus cçteris quæ pondere, numero, mẽ-
ſuráve cõſiſtunt, compenſationi locus ſemper erit, ſi in genere ſuo
functionem, prçſtationem, & redditionem recipiãt per ſolutionẽ,
magis q̃ per ſpeciem, hoc eſt, quç eius ſunt naturç, vt prçſtãdo rem
aliã eiuſdem generis creditori ſatisfiat, & quæ inutiliter vtendç cõ
3 cedũtur, ſi ſpeciem ipſam quæ data eſt, reddere debitor cogatur: vt
in ære, argento, auro, pecunia numerata, vino, oleo, frumen-
to [x], veluti ſi libras æris, argenti, vel auri duodecim, vel decẽ cor-
bes frumenti, aut decem cados olei ab eo petas, cui tantundem de-
beas, compenſatio vtriuſque rectè fiet. Ita tamen vt vtrunq; æquè
bonum ſemper [y] ſit. Nam alioqui per ſpeciem magis quàm per ſo
lutionem functionem reciperet [z]. Compẽſatio autem ſolutionis
vicem obtinet [a]. Cæterùm pecuniæ numeratæ cum pecunia nu-
4 merata compenſatio ea eſt, qua magis vtimur: & idem erit, ſi ma-
teriam auri argentíve cum pecunia compenſare volumus. Paria
nanque ſunt materiam ipſam præſtare, aut auri vel argenti pre-
cium quanti comparari poteſt [b]. Nonnunquam tamen ceſſat
pecuniæ compenſatio, ſi is à quo ea petitur facultatem ſoluen-
dæ ſpeciei habeat. Quod tam in obligationibus noxalibus, quàm
his qui ſub alternatione fiunt accidit. De quibus ſuo loco poſt-
eà commodiùs dicetur. Interdum etiam frequenter compenſa-
5 tiones à iudicibus fiunt, tametſi incerta debiti quantitas ab vtra-
que parte omnino ſit, vt in mutuis expenſarum litis compen-
ſationibus fieri ſolet, quod iuſtè litigatores vtriuſque in liti-
gando cauſſæ contemplatione fieri magis ſcire oportet, quàm
quod liquidum, aut æquale vtriuſque debitum eſſe propterea
exiſtimetur [c]. Non ſolùm verò contra priuatas perſonas, ſed &

q l. ſi conuenerit. ii. in fi. pri. ff. de pig. act.

r l. nec enim. ff. de cõtrahen. emp.

ſ l. ſi dominus. §. qui confitetur. ff. de leg. i.

t l. Mçuius §. duobus. de leg. iii.

v l. cũ incertus. ff. de legat. i.

x l. i. §. mutui. ff. ſi certum pet.

y l. cũ quid ff. illo tit.

z d. l. ii. §. mutui.

a l. ſi debitor. in fi. ff. quib. mod. pig.

b l. Titie amicç. ff. de auro & argen. leg.

c Bald. in auth. generaliter. C. de epiſc. & cler.

contra fiſcum compenſatio admittitur. Ita tamen vt is qui cõpen- 6
ſationem fiſco opponit, intra duos menſes debitum ſibi docere de-
beat [d]. Contra etiam quamcunque perſonam priuilegiis noſtris
fulcitam eadem compenſationis exceptio opponi poteſt [e]. Quam
tamen, poſſeſsionem alienã perperam occupantibus denegamus [f].
Item & Reip. Calendario, & vectigalibus debitoribus, aut etiam
ex frumenti vel olei publici pecunia, tributorúmque, & alimento-
rum, atque fideicommiſſi ciuitatis cauſſa, vel ſi is agat qui ſtatutis 7.
ſumptibus ſeruit [g]. Fiſco etiam in cauſſa tributaria ſtipendiorum,
annonarúmque opponi compenſatio non poteſt, neque in precſo
rei ab eodem emptæ [h]. Ob negocium deniq; copiarum, id eſt, cõ-
meatus, ſiue annonę expeditionis tempore mandatum curator cõ
demnatus, pecuniam iure compenſationis retinere non poteſt [i].
Eſt & poſtremò inter omnes actiones ſola depoſiti actio, quæ ſin-
gulari quodã beneficio à compẽſationis lege eximitur. Durum e-
nim & impium viſum eſt, eum qui fidei alterius rei ſuæ cuſtodiam 8
penitus commiſit [lz], ſub compenſationis prætextu eludi, depoſi-
tæque rei ex actione fraudari [l]. Tantámque etiam fidem eum qui
depoſitam rem cuſtodiendam ſuſcepit, ei qui depoſuit præſtare vo
lumus, vt repoſcenti depoſitã pecuniam nõ obſignatam. (Nam de
obſignata quæ ſpeciei & corpori nõ quantitati annumeratur ſatis
per ea quæ dicta ſunt patet) illam ſtatim reddere cõpellatur, nulla
exceptione, denũciatione [m], & defenſione in contrariũ admiſſa [n].
Nam & hoc ipſo dolum committit, quod repoſcenti nõ reſtituit [o].
Neque etiam ſi ex vtraque parte inuicem fuerit depoſitum, cõpen
ſationi locus [p] erit. Sumptus tamen in rem depoſitam factos retẽ- 9
tionis nomine obiici poſſe receptum [q] eſt: Ideóque cibariorum no
mine quę ſeruo depoſito data eſſent, hac actione apud eundem iu-
dicem experiri poſſe placuit [r].

Præter-è.

IAm ergo ſatis conſtat bonæ fidei actionum vim & naturã mul-
tò potentiorem eſſe ea quæ ſtricti iuris actionibus ineſt, eóque
præſertim quod (vt ſæpiùs repetitum eſt) in his bonæ fidei iudiciis 10
iudici permittitur ex bono & æquo æſtimare, quantũ actori reum
dare oporteat. Et id quidem ex natura actionis ipſius bonæ fidei,
quę latè vſque adeò patet, vt etiam ſi à cõtrahentibus id non ſit ex-
expreſſum, id tamen vi ſua cõplectatur. In his verò ſtricti iuris a-
ctionibus, quarum non tam fœcunda natura eſt, id venit ſolùm
quod

d l. aufertur. § fiſcus de iur. fiſc.
e interpretes oẽs hìc.
f l. vl. in fi. C. de cõpẽ.
g l. in ea. C. illo tit.
h d. l. aufertur. §. fiſcus.
i l. ob negocium. C. de cõpenſ.
lz l. i. ff. de poſ.
l l. ſi quis vel pecunias. C. depo.
m auth. ſed tam ille. C. eod. tit.
n l. penul. C. eod. tit.
o l. i. §. eſt autẽ. ff. illo tit.
p d. l. pen.
q Accur. & Bal. in d. l. penul.
r l. actione eod.

1 quod dictum à contrahentibus fuit, vel ſi in rem actio ſit, vt res pe
tita tantum reſtituatur. Non etiam vt æſtimatio ſi reſtitui res non
poſſit detur. Proinde ſi quid vltra bonum & æquum (quod in om-
nibus cõtractibus locum habere magis [f] eſt) deſideret, id ſtricti iu-
ris actio nõ poterit. Ergo ſi ſemel actor egerit, quippe rem reſtitui
petierit, iudéxque in id reum condemnauerit, à quo poſteà reſtitui
res non poſſit, euanidum erit iudicium, quando in rem actio non
niſi ad rei petitæ reſtitutionem ſit efficax. Hic pedem non ſiſteret
2 bonæ fidei actio, neque his finibus contenta eſſet, quin ad id ſta-
tim trãſiliret, & prætergrederetur quod ex bono & æquo æſtima-
re iudex debeat, quantum actori reum dare oporteat [t]. Nónne igi
tur idem in ſtricti iuris iudiciis ratio, æquitáſque ipſa poſtulat? Et
ſanè poſtulat, idémque conceditur, ſed alia via: Nam quum ita ſit
ſtricti iuris actionem non ita patere, atque bonę fidei actio, merito
ad auxilium aliud veniendum erit. Nempe ad iudicis arbitrium, à
quo omnino pendebit actio. Itaque arbitrio, ſententiáve iudicis in
3 rei reſtitutione, aut alio ſimili iudicio (de quibus nunc paulò pòſt
dicetur) data, videndum erit an reus eidem pariturus ſit, Nam ſi pa
reat actio non deſiderabitur. Sin mimus, actio eadẽ quæ prius cõ-
petierat arbitraria fiet, & dabitur, ſic appellata, quòd ex eo arbitrio
ſententiáve cui paritum non fuit, pendeat [v]. Tametſi in quibuſdã
iudiciis (de quibus mox dicemus) in quibus vnica tantum ſenten-
tia fertur, alia ratione actiones arbitrarię denominentur: nimirum
4 quod iudicis arbitratu, religioni, & ſententiæ æſtimandum relin-
quitur, quantum actori reus præſtatutus ſit. Cæterùm in his actio-
nibus arbitrariis inſtar bonæ fidei actionis permiſſum eſt iudici
ex bono & ęquo ſecundum rei cuiuſque & negocij naturã, & con
ditionem de qua actum eſt æſtimare quẽadmodum ſatis actori fie-
ri debeat. Inuentæq; ſunt propterea hæ actiones arbitrarię, de qui-
bus nunc dicere per opportunum videtur. Sunt igitur actiones hæ
tam in rem, quàm in perſonam. In rem, vt rei vendicatio, qua rem
5 ſuam eſſe actor intendit, eadémque vt poſſeſſor rem reſtituat pe-
titur. Publiciana itidem actio, qua rem eam perſequimur quam bo
na fide poſſidebamus, & vſucapiebamus, medio autem tempore a-
miſimus. Item & Seruiana, quaſique Seruiana actio, quę etiam hi-
pothecaria vocatur, quæ ad rerum in pignoris, aut hipothecæ cauſ
ſam obligatarum perſequutionem dantur, vt de his anteà pleniſ-
ſimè diximus. In quibus iudiciis is qui rem reſtituere condemna-

[f] l. bonam fidẽ. C. de act. & obl.

[t] l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. pet.

[v] Ea colligi videntur ex l. arbitrio. ff. de dolo. & l. ſi cum exceptione. §. hęc autem actio. ff. de eo quod met. cau.

tus fuerit, & præcepto iudicis fuerit obſecutus, abſolutionem con 6
ſequetur. Quod ſi non pareat, actiones hæ arbitrariç fient, quibus ſtatuit iudex quãtum reum actori dare oportebit, nempe ſi non reſtituatis à quo petitum eſt: quia aut noluit, aut fecit, quominus potuit, in quantum actor in litem iurauerit. Sed ſi dolũ non adhibuit, quanti actoris eiuſdem intererit, tanti condemnandus ſit. Monendúſque erit iudex quoties in litis æſtimationem condemnationem faciet (quòd multis ex cauſſis ab eo fieri fieri poteſt) vt ſemper cauſ
ſam ſpecialiter deſignet, in quam huiuſcemodi condemnationem 7
cenſeat acceptam iri. Alioqui niſi hæ ſpecialiter præcidantur, iure appellatur. Idque, ideo quoniam quum intra hos cãcellos minimè arctatur cõdemnatio, dum illius executio fit plura, quàm liceat incommoda deduci poſſunt, victúſque qui ſententiæ generali huic acquieuit, nullam ipſius ſpeciem oppugnare poteſt [x] †. Quandiu tamen rem ipſam poſſor habet tandiu in rem actio actori ſi volet cõpetit, vt etiam manu militari [y] † eam rem conſequatur. In perſonam verò actiones arbitrariç hæ ſunt, veluti ad exhibendum actio, quæ maximè propter vendicationes inducta [z] eſt, vt re exhibita, hoc eſt, in publico eiuſdem poteſtate facta, ei qui agit experiundi ſit copia [a]. Ita tamen ſi anteà is qui agit argumenta rei de qua agitur dixerit, ſi rem ipſam nouerit, aut nouiſſe potuerit, vel debuerit [b]. Competit autem ei qui qualicunque in rem actione acturus eſt, atque etiã cuicunque cuius pecuniariter intereſt [c] exhiberi, quod ſummatim à iudice cognoſcendum eſt, non ſolùm ſi interſit, ſed & ſi iuſta probabiliſque cauſſa ſit cur interſit [d]. Interfuiſſe autẽ oportet ei reſti- 10
tui, qui agit eo tẽpore quo lis conteſtatur, & quo fit condẽnatio [e]. In eum autem proponitur hæc actio, qui facultatem exhibendi habet, quoquomodo rem poſſideat, aut detineat [f]. Verùm eo loco exhibenda res erit vbi fuerit cum lis conteſtaretur, periculo & impendiis actoris perferenda, perducendáve eo loco vbi actum ſit:
Niſi

† Vbi de æſtimanda lite agitur, quonam pacto libellus edatur, quo ſpe- 8
cialiter omnia incommoda ex lite profecta comprehẽduntur æſtimantúrque. Quæ in eo ueniant, quorúmque ratio habenda ſit. Et quo modo probanda erunt quæ in eo deducãtur. Vide Imber. lib. inſt. for. 1. quum de litis ſumptibus & iudicij ſeriè ſuper litis æſtimatione, ac damnis agit.

† De ea exequutione quæ per manũ militarẽ fit, & quomodo id apud nos receptũ ſit. Vide quæ adiecimus in tit. de interdict. in §. 1. 9

x accedit l. prætor, & illic interpretes. ff. de iniur.

y l. qui reſtituere. ff. de rei ven.

z l. i. ff. ad exhib.

a l. ii. ff. illo tit.

b l. iii. in prin. & §. ſi quis noxali. illo ti.

c l. ſi liber homo, eod.

d l. iii. § ſciendũ. eod.

e l. tigni. §. vlt. illo tit.

f l. celſus eodem.

1 Niſi fortè data opera is qui exhibere debet, in locum abditum rem
cõtulit, vt actori incõmoda eſſet exhibitio. Nã ne calliditas ei pro-
ſit, ſumptibus ſuis in eum locũ vbi agitur exhibere debebit [g]. Sed
vt ad id quod propoſitum eſt veniamus, ſi Mæuius rem apud ſe oc-
cultam exhibuerit, non aliter condemnandus erit. Verùm ſi iudi-
cis arbitrium, præceptúmve contemnat, arbitraria fiet hæc actio,
proptereáque in litem iurabitur: Et quantum actori præſtandum
erit iudex ſtatuet [h]. In perſonam quoque actiones arbitrariȩ ſunt,
2 actio quod metus cauſſa, & de dolo malo actio, in quibus licẽtiam
habet reus vſque ad ſententiam datam reſtitutionem rei quæ per
metũ eſt ablata, aut per dolum elicita, facere, & niſi reſtitutio fiat,
ſequitur condemnatio quanti ea res eſt [i]: Nam in arbitrariis iudi-
ciis per contumaciam tanti reus condemnatur, quanti actor in li-
tem iurauerit: Ita tamen vt officio & taxatione iudicis iuſiurandũ
refrenetur [lz], & ſi actor iurare noluerit mos ei gerendus erit [l]. In
3 actione etiam quòd metus cauſſa quadrupli condemnationem ſi
malit conſequetur [m]: Non tamen ſemper in eiſdem iudiciis arbi-
trium iudicis dandum veniet, dupléxque ſequetur condemnatio:
Nempe ſi initio ſit manifeſtum reſtitui rem non poſſe, quia ſeruus
dolo poſſeſſoris defunctus ſit, protinùs in id quod intereſt cõdem-
nandus erit [n]. Cæterùm de actione quòd metus cauſſa cui & do-
lus, ineſt abundè iam dictum eſt, quídque dolus, tam in bonȩ fidei,
quàm ſtricti iuris contractibus faciat vidimus. Sequitur & noxalis
actio quæ non ex cõtractu, ſed & ex maleficiis, & noxia ſeruorum
4 aduerſus dominos inſtituta eſt, cuius actionis vis, & poteſtas, hæc
eſt, vt dãnatis dominis liceat per corporis quod deliquit deditionẽ
litis æſtimationem vitare [o], niſi ſciẽte domino ſeruus deliquiſſet.
Nam per ſcientiam inſolidum obligatur, ſi quum prohibere poſſet
non prohibuit [p]. Non tamen aliter in hac actione experiendũ eſt,
quàm ad de damno dato ſatiſfactionem. Noxæ quippe deditionis
facultas ex lege accipitur, neq; in obligationem venit [q]. Si te igi-
tur inſcio ſeruus tuus damnũ Lucio Titio dederit, vt de damno ſa-
5 tisfacias rectè Titius hac actione tecum experietur. Quod ſi noxȩ
deditionem antequam ſententia pronunciaretur fortè elegiſti, in
eáque propterea condemnatus ſis, neque ſententiæ poſteà paruc-
ris, quanti ea res eſt, aut quantum intereſt, Titius hac actione (quæ
arbitraria inſtar earum de quibus diximus effecta eſt) conſequitur.
Et ſanè in hunc caſum, & ſi tantũ vnica iudicis ſententia fertur, ne-

g l. ſed & ſi hæreditatis §. quo autem loco, eod.

h l. non ignorabit. C. illo ti. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel.

i l. arbitrio ff. de dol.

lz d. l. arbitrio. & l. videamus. ff. de ĩ lit. iur.

l l. ſi poſſeſſor. ff. de rei vend.

m l. ſi cum exceptiõe. §. hæc autẽ actio. ff. de eo quod met. cau.

n d. l. arbitrio. ff. de dolo.

o l. i. ff. de noxa act.

p l. ii. & ſeq. illo tit.

q l. miles: §. i. ff. de rei vend.

que arbitriũ vt in prioribus actionibus detur, nihilominus tamen 6
arbitraria ideo actio eſt, quia (vt iam diximus) libera æſtimãdi dãni poteſtas iudici tribuitur, & eius arbitrio definitur, vt à domino præſtetur, niſi ſeruum noxę dedat. Cæterum quando in noxæ deditionis condemnationem volente, & eligente eo qui ſententiã eſt paſſus condemnatio fit, ab ipſius arbitrij, vel ſentẽtię obſequio, aut contemptu pendet actio, cui quoniam non paretur arbitraria fit actio. Supereſt actio quę ad id quod certo loco promiſſum eſt ꝓponitur, quæ etiam eodem modo in perſonam arbitraria dicitur. 7
Non ſolùm quando duplex fertur ſententia, quod per contumaciam rei vt in prioribus actionibus accidere ſolet. Sed & quando vna tantùm pronunciatur: ea nanque ratione, quod æſtimatio eius quod dari oporteat, prorſus à iudicis religione & arbitratu pendet. Habet autem locum hæc actio quando ſuo loco, & tempore, ſecundum id quod inter contrahentes cõuentum eſt ſolutio non fit. Aut contra, quando is qui certo loco promiſit, alio loco cõuenitur, vt ſic habeatur vtilitatis vtriuſque ratio [r]. Idem erit ſi à 8
teſtatore hæres ſit iuſſus certo loco quid dare [ſ], vel ſi mutua pecunia data fuerit, vt certo loco reddatur [t], aut etiam ſi certo loco ſoluere quis conſtituerit [v]. Et generaliter qui quoquomodo ſe ſoluturum certo loco obligat, ſi ſolutioni ſatis non fecerit, arbitraria hac actione cõueniri etiã alio loco poterit, in qua æſtimatio quod alterutrius interfuerit venit [x]. In hãc porrò actionẽ veniet quod interfuit, & quidem vltra legitimum modum vſurarum, & fructus ſi qui [y] ſunt. Quinetiam lucri ratio habebitur, vt in ꝓpoſitio fingamus eum qui pecuniam traiectitiã dedit merces cõparare fuiſſe 9
ſolitum, neque propter moram accipientis cõparare eum potuiſſe, cõpendij ſanè quod facturus fuiſſet ſi emiſſet ratio habenda erit [z]. In omnibus igitur his actionibus liberum eſt iudici ex bono & æquo ſecundum cuiuſque rei propoſitæ conditionem & naturam ſtatuere quemadmodum actori conſuli oporteat. Neque in his tantùm, ſed & quibuſcunque ſimilibus tam in rem, quàm in perſonam ſtricti iuris actionibus, interdictiſque omnibus, in quibus arbitratu iudicis quid reſtitui, dari, vel fieri iubetur, & quia 10
ei non paretur, alia condemnatione quod æquum & bonum iudici viſum eſt ſtatuitur [a].

r l. 2. & 3. §. vlti. ff. de eo ꝙ cert. loc.

ſ l. ſi hæres, illo tit.

t l. ant ſi mutua, eo.

v l. ſi duo. §. i. ff. de cõſti. pecu.

x l. vnica. C. vbi cõu. qui cert. lo.

y l. videamus. §. actione. ff. de vſu.

z l. 3. §. vl. ff. de eo ꝙ cert. loc.

a l. qui reſtitutionẽ. ff. de rei vend.

Quoniam

1 QVoniam tamen liberam admodum poteſtatem tam in bonæ fidei actionibus, quàm in ſtricti iuris etiam iudiciis hactenus iudici cōceſſimus: commodiſſimè hoc loco facturi videbimur, ſi eundem admoneamus, vt quantum ei poſſibile ſit (prolata ſcilicet apud ſe accuratiſſimè reuoluendo, & vbicunque illum æquitas mouerit interrogationes admittendo [b]) certè rei aut certè quantitatis condemnationem faciat, etiam ſi de incerta re aut quantitate apud eum actum fuerit. Nā libellus incertus (ſi criminalis non
2 modo fuerit, in quo vagari cum crimine alienæ æſtimationis non licet [c]) admitti poteſt, ſi à reo minimè refellatur [d]. Ita tamen vt poſteà iudicis ſolertia certum id fiat ſuper quo iudicatur. Sicque certam ſententiam quatenus id ab eo fieri poterit pronunciet: Ne ſi aliter fiat, dum controuerſiam dirimere ſe iudex exiſtimat, nouæ liti potius cauſſam excitet. Illud verò minimè prætermittēdum eſt, iudicia quædam eſſe in quibus petitio certa omnino eſſe non poſſit, neque etiam quæ ſuper his proferantur ſententiæ. Veluti ea
3 quæ vniuerſalia & generalia nominantur, vt eſt hæreditas, quæ iuris eſt ſucceſſio multa cōpletens [e] dotis etiam cauſſa, quæ vniuerſalis eſt [f]. Item etiam actiones tutelę negociorū geſtorum, & pro ſocio, quæ generales dicuntur, quod ſpecies multas ſub ſe comprehendant, in quibus omnibus nihil aliud petere poſſis quàm hæreditatem, dotem, rationes tutellæ reddi, & ſimilia quod quidem generale, & nondum particulatim certum eſt. Denique etiam nihil aliud ſuper his proferre poſſibile erit, niſi vt hęredem declares,
4 dotem adiudices, & vt rationes reddantur, condemnes. Idem etiā dicendum veniet quoties debitoris: erit electio [g] quid actori petenti ſoluat: vt ſi debeat Stichum, aut Titium, vel hominem. Item & alio quocunque caſu eueniat facto aduerſarij incertitudinem procedere [h]. Imò verò ſi ex alia cauſſa incertitudo probabilis appareat, etiam in facto noſtro proprio libelli incertitudo excuſabitur [i]. Longè profecto aliter atque fieri ſolet in ſimplicibus & particularibus obligationibus, in quibus ſanè actoris
5 petitio, & iudicis ſententia omnino certa eſſe debet, vt libello propoſito ſciat reus cedere ne an contendere vltra debeat [k]. Veluti ſi in rem agatur, & res, & pars deſignanda erit: ita vt infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ numerus, & factæ ſpecies dici debeat, imò & menſura ſi res menſura contineatur [l].

Curare autē debet iudex.

b l. vbicūque. ff. de interrog. act.

c l. liberto rū. & illic Bart. ff. de accuſa.

d. l. vlti. C de an. exe.

e l. hæredi ta. ff. de pe ti. hæred.

f interpretes ī. l. i. ff. ſolu. matri.

g l. vbi aūt nō apparet ff. de verb. oblig.

h l. i. §. quia autē. ff. quorum lega.

i Innoc. in c. cū cauſa, de empt. & vend.

k l. i. ff. ne edend.

l l. ſi in rē. ff. de rei vē

Si tamen his rebus propter quas præcipua erit concertatio aliquid 6
acceſſorie petatur,excuſanda erit adhuc incertitudo: Nempe ſi pe-
tantur ſimul fructus,impenſe [m], intereſſe,aut aliqua alia ad rem i-
pſam acceſſorie pertinẽtia [n]. Idem iuris erit ſi petat quis,vt indẽ-
nis præſtetur [o], aut etiam ſi factum petatur, puta dominum fieri,
aut foſſam fodi [p], quæ omnia certo omnino modo peti, aut iudi-
cari minimè poſſunt. Illud etiam adiiciemus quoties certa ſenten-
tia omnino fieri debet,non tantum certam dici,ſi certa & particu- 7
laris ſit deſignatio & demonſtratio, verumetiam ſi certa appareat
relatio, per quam ſentẽtia certa eſſe poſſit: verbi gratia ſi parte ali-
qua actorum ad quam relatio fiat certa ſit quantitas comprehenſa:
vt ſi dixerit iudex condemno te ad ſolutionem debiti quod tuo chi
rographo comproſti [q],vel ſic ſolue quod petitum [r] eſt. Si verò in-
diſcriminatim & citra confeſſionem partis iudex pronunciet, di-
cátque: Condemno te,vt quãtum ei debes red-
das †, aut quantum fueri compertum te debe- 8
re,veriùs videtur inutilem hanc ſententiam di
cere [ſ], tanquam quæ controuerſię nullum im-
ponat finem, nihilq; certum actori & reo pro-
nunciet. Vnde litem eandem denuò repetendũ
eſſe magis conſtat,vt ſcilicet appareat an debeatur,& quid debea-
tur. Cum deberi ne,aut nõ deberi, vel quid debeatur, nondũ pro-
nunciatum ſit. Incertúmque tam actorem,quàm reum,vt anteà iu
dex reliquerit. Quid enim tam ſupina iudicis huius ſententia pro-
deſſe potuit,quæ nihil prorſus dirimat,ſed dirimendum adhuc re-
linquat,ſcilicet condemno in id debitorem quod debeat,aut quod 9
debere conſtiterit: Et nihilominus debitor aſſerit minimè conſta-
re quod debeat,aut ſi debere conſtiterit,decẽ tantum ſe debere cõ-
tendit,cum viginti actor petat. Si actis id dirimi poſſe iudex reſpõ-
deat: Ergo nihil à ſe diffinitum eſſe fateatur neceſſe eſt, quãdoqui-
dem antequam iudicaſſet controuerſiam actis dirimi poſſe ſatis li
quebat. Quæ iudicis hic fuerunt partes? Nónne quiſq; quantũuis
craſſus actis non viſis etiam id ex tempore iudicet? Condemno te 10
ad pœnam quam luere debes, & alia eiuſmodi: ſicut Claudiũ Cæ-
ſarem fertur ſententiam his verbis protuliſſe, Secundum eos iudi-
co qui vera propoſuerint, proptereáq; & merito palàm omnibus
poſteà contemptui fuiſſe. Verùm rei tã manifeſtè plus ęquo immo
ramur,quã defenſionis quidẽ ſolicitudine dubiã facere videmur.
Sed

† *Omniũ hic interpretum opinio in contraiũ eſt quam iuſtus quidem (ut uiſum eſt) rationibus minimè ſequimur.*

m l.vnica. C.de ſent. quæ pro eo quod int.

n C.cum ad ſedẽ de reſt.ſpol.

o l.ii. de ſen.quæ ſine cert. quantita.

p l.vbi autem.ff.de verb.obli.

q l.quid tamen.§.põpo.ff. de arbitr.

r l.in ſumma.ff.de re iud.

ſ l.ait prætor.§.i. illo tit.

Si quis agens.

1 SEd quoniam multis caſibus libelli incertitudinem excuſari pro-
ximè diximus, Admonendus erit & actor, vt actionem ſuam ta-
men ita cōſtituat, ne amplius quàm ſibi verè debeatur petat: Nam
ſi maiorem ſummam fortè fuerit complexus, vt cum deberentur
centum nūmi ad ducentos egerit, aliíſve modis plus petierit, quos
ſtatim hic ſubiiciemus: illū ſic profectò falſa veris impunè miſcere
iamdiu minimè æquum viſum eſt. Atque antequàm de hodierno
iure aliquid dicere incipiamus, id quod olim in vſu erat priùs expo
2 nere haud abſurdum erit: is igitur qui intentione ſua plus comple-
xus olim fuerat quàm iure id ab eo fieri oporteret, cauſſa cadebat,
non ſolúmque id quod plus petierat minimè conſequebatur, ſed
etiam verè ſibi debitum amittebat. Ac neque illi ſperandum erat
auxilium aliquod, in integrúmve reſtitutionē aliquam facilè præ-
ſidio adfuturā. Nam non aliter adiuuabatur (quod etiam iure no-
ſtro manſit) niſi minor. xxv. annis eſſet, cui ob debile & infirmum
ætatis conſilium labenti, tutela reſtitutionis cauſſa cognita propo
3 ſita eſt [t]. Ita tamē illi ſuccurrebatur, niſi dolo plus petiiſſet, quo ſa
nè caſu nos etiam quibus dolus & calliditas ſemper odio fuit, cen-
ſuimus generaliter eum qui dolo ſuper maiore ſumma quàm debe
retur cautionem exegerit, eámque ſummam in iudicio plus petere
auſus fuerit, neq; eum ante litem conteſtatam doli pœnituerit, to-
to debito fraudari [v]. Tātum abeſt, vt peruerſos hominum mores,
dolúmve vſque vllum in minore excuſandum, aut reſtituēdum pu
tauerimus [x]. Adultis tamen interdum etiam ſuccurrebatur, ſcili-
4 cet ſi tam magna & iuſta cauſſa interueniebat, quę occaſionem er-
rori dederat, vt vir admodum prudens & conſtans labi potuiſſet.
Veluti Titius quum decederet hæredem Mæuium in centum inſti
tuit, legauítque amicis quibuſdam quinquaginta: poſteáque cum
ſuperuixiſſet Sēpronio reliquam ſummā codicilis reliquit. Aperto
teſtamento poſt teſtatoris obitum quum nondū codicili apparent,
petierunt à Mæuio hærede integra legata, minimè exiſtimātes ex-
hauſtam eſſe legatis hæreditatem. (Sciēdum nāque eſt legata quæ
5 ſupra dodrātem relicta ſunt per legem Falcidiam ipſo iure minui,
& in eam cauſſam cadere, quaſi nec relictum fuiſſet quòd plus iu-
ſto relictum eſt) Medio demum tempore prolati fuerūt codicilli,
quibus reliqua quinquaginta erant relicta, ſicque pars legatorum
adempta, vnde manifeſtè apparet legatarios plus petiiſſe: Sed quia
id propter iuſtiſſimam erroris cauſſam facerent, venia eis dabatur,

t l.i.ff.de minor.

v l.vnica. C. de plu. peti.

x l.auxiliū de minor. C.

legatáque deducta parte falcidiæ conſequebantur. Alieni nanque 6
facti ignorantia prudentiſſimos etiam fallit y, eiúſque præſertim
cui ipſi nõ interfuimus. Nam qui aliter negocio etiã alieno inter-
fuiſſet, ídque ſæpius forſan tractaſſet, minimè excuſandus eſſet z.
Aut etiam ſi factum id palàm & publicè proſcriptum fuerat a, aut
grande ita & arduum, vt facilè illius hominem obliuiſci minimè
credibile b ſit. Idque maximè ſi lucrum captamus c, aut etiam a- 7
ctores ipſi ſumus d, quandoquidem eum qui experiori vult anteà
rem diligẽter explorare, denique ad agendum maturę procedere
oportet. Facti verò priorij ignorãtia, deſidia prędit, & nimium ſe-
curi hominis e eſt.

PLus itaque petẽtis pœnam iure veteri conſtitutã recenſuimus,
ſit autem id quatuor modis, vt plus petatur re, tempore, loco, &
cauſſa: quæ ſingula ſuo ordine exponamus, re igitur plus petitur,
ſi quis pro decem aureis qui ipſi debẽtur viginti petat. Aut ſi is cu- 8
ius ex parte res eſt, totam eam vel maiorem partem ſuam eſſe in-
tendat. Attẽdiúrque plus petitio re, circa rem ipſam quæ in iudi-
cio principaliter petitur, non verò circa ea quæ acceſſoriè propo-
nuntur f. Veluti ſi petatur fundus cum fructibus, domus cum pen
ſionibus, factum cum intereſſe, aut aliud quoduis ſimile. Quę qui-
dem omnia huiuſmodi minimè principale petitum augent, neque
plus petiiſſe preptereà is dicendus erit, quì ab horũ petitione ſum-
motus fuerit. Tempore plus petitur, ſi quod in diem, aut ſub condi
tione mihi debetur, antequam dies venerit, aut cõditio exiſtat, pe-
tatur, ſiue partium cõuentione dies ſit adpoſita, vt promitto ad ca 9
lendas Martias, ſiue ex natura rei inſit dilatio g, vt ſi debeatur id
quod in vtero ſit, aut fructus futuri in obligatione ſint. Nam tunc
incipit actio, quum per rerum naturã id præſtari poteſt. Dies enim
incertus pro conditione accipitur h, idẽ ſi cum Romæ eſſem, Car
thagine dari ſtipulatus ſum. Nam tempus id cõplecti videtur, quo
perueniri Carthaginem poteſt. Idem præterea dicendum veniet
ſi à lege dilatio conceſſa ſit, vt in exactione dotis, quæ in annũ diſ- 10
ſoluto matrimonio differtur i: quod ad res mobiles tantum atti-
net. Item etiam quod pendente conditione petitum eſt, plus peti-
titioni locum facere diximus, quum ex cõditionali ſtipulatione ſo
la ſpes debitum iri ſit, donec conditio euenerit lz: Atque ita impro
priè quodammodo illum plus petere dicimus, qui nihil re vera pe-
tit.

y l. i omni ff. de iur. & fac. igno.

z l. procula. ff. de ꝓb.

a l. ſed & ſi pupillus. §. de quo. ff. de inſt. ac.

b l cũ illorũ. de ſent. exc. extra.

c Bar. in l. quę fundũ. §. ſeruus ff. pro. emp.

d l. qui in alterius. ff. de reg. iur.

e l. plurimum. ff. de iur. & fact. igno.

f Fab. & Plateanus hic per. l. ſi ex ĩterpretatione. ff. de pœn.

g l. interdum. ff. de verb. obli.

h l. dies ĩcert⁹. ff. de condit. & demonſt.

i l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. act.

lz §. ex cõditionali, ſup. de ver. oblig.

1 tit. Sed quemadmodum is qui tardius poſt tempus, ſcilicet ſoluit,
minus ſoluere intelligitur: ita & qui præmaturæ petit, plus petere
videtur. Loco verò plus petitur, ſi id quod certo loco tibi ſoluendũ
eſt, alio loco petas, † ſine commemoratione lo
ci illius in quo id ſoluendũ erat. Nam detracto
loco conuento minimè experiendum [l] erit, ne *l l.ii.§. vl. ff. de eo q̃ cert. lo.*
auferatur loci vtilitas. Interdum enim alio lo-
co quàm conuento (illius modo mentio fiat) a-
gere ex cauſſa permittitur, Veluti [m] in hac ſpe- *m Exemplũ è Theophilo.*
cie, centũ aureos epheſi dare promiſiſti, ea pſe
cto ſumma epheſi peti debet: Alioqui loco plus
petere videbor, ſi cum Romæ te inuenero, Ro
mæ petiero nulla mentione epheſi facta. Ve-
rùm fingamus eueniſſe quòd eam ſummam à
te petere epheſi mihi nunquam licuit, propterea quod tu nũquam
3 epheſim venires, hoc ſanè caſu, vt plus petitionis captiunculas ef-
fugiam, ex æquo & bono liberũ Prętor fecit, vt extra epheſim tecũ
agam (dummodo epheſi mentio fiat, & in loco domicilij tui te cõ-
ueniam [n]) atque ſic tecum experiri permiſſum eſt. Si apparet ad- *n l. hæres abſens. ff. de iud.*
uerſarium epheſi dare oportere, minimèq; fieri potuiſſe, vt epheſi
daret, Peto vt hic dare à te iudex cõdemnetur. Hæc enim loci con-
uenti commemoratio facit, vt minimè promiſſori loci vtilitas adi- *o l.i. ff. de eo quod cert. loc.*
mi videatur, quã haberet ſi epheſi ſolueret. Propter quam cauſſam
alio loco petenti generaliter propoſita eſt arbitraria actio, de qua
4 paulò antè mentionem habuimus. In qua ratio vtilitatis habetur *p d. l. hæres abſens. §. vlt.*
quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret quo ſe ſolu
turũ ſpopõdit. Sicut etiam viciſſim eadẽ actio eius cui promiſſum *q Accurſ. cui omnes cõſentiũt.*
eſt vtilitatem continet, ſi mora vel culpa debitoris interueniat, vt
maioris propterea pecuniæ condemnatio [o] fiat. Verùm nonnun-
quam ſine loci commemoratione cum debitore alio loco experiri *r l. ciues. C. de icol.*
licet, vt ſi in loco domicilij conueniatur [p]: imò verò ſi debitor ſo-
lutionem moretur, fruſtretur creditorẽ, & differat, aut latitet, quo- *ſ d. l. ii. illo tit.*
5 cunque loco ad forum ſortiendum idoneo inueniatur conueniri
poſſe receptum eſt [q]: vt ſi domicilium eo loco quo conuenitur ha *t l. Roma. ff. ad muni.*
beat, aut larem, rerúmque, ac fortunarum [r] ſummam, vel etiã per
decennium ſtudiorum cauſſa illic ſedes ſibi conſtituerit [ſ], aut Ro *v l. iiii §. prætor. ff. de dã. infe.*
mæ denique conueniatur, quæ communis patria noſtra [t] eſt. Atq;
extra forum ſi vagabũdus debitor fuerit [v] ſine domicilio, vel quia

† Hodie tam. l. unica. c. vbi conne. qui certo quàm. l. hæres abſens. ff. de iud. Et aliæ quæ de-
2 *ſtinato ſolutionis loco reum conueniri ſtatuũt in diſſuetudinem abierunt. Nam quoties in perſonam agitur in domicilij foro reus rectè conuenitur.*

ita conuentum fuerit. Neque enim ſine ratione viſum fuit vtilitatem loci minimè detrahendam eſſe, ea nanque in mercibus maxima inuenitur, quas epheſi forſan pręſtare facilè erit, extra epheſim verò difficillimum. Vt in vino, oleo, & frumento, quę per ſingulas regiones diuerſa habent precia. Nō ſolúmque in rebus, Verùm in ipſis quoque pecuniis eius quod intereſt ratio ex varietate regionum habēda eſt. Licet enim videatur pecuniæ vna & eadem quātitas, tamen aliis locis facilius, & leuioribus vſuris [x] inueniuntur. 6. 7.

x l. ideo. ff. de eo quod cert. loc.

Nam Romæ quum multi ibi ſint qui fœnus exerceant, aliquando qui fenerat quartam centeſimę partem, ſiue quadrantes tantū vſuras poſcet, quæ annos ternos aureos ſolummodo faciunt. In prouincia verò vbi non tantus eſt fœnerantum numerus, qui ſub vſuris credunt dimidium cēteſinę, hoc eſt, ſenos aureos quotannis in centenos accipiunt. Vnde conſtat ſi extra epheſim agere voles, epheſi mentionem faciendam tibi eſſe, quo ratio eius ꝙ intereſt haberi poſſit, etiam ſi vtilius debitori ſit Romæ potius quàm epheſi 8 ſoluere, quum petitio ſimilis ſtipulationi eſſe debeat. Si verò debitor epheſi à creditore deprehendatur, pura intentione ſine loci cōmemoratione experiri poterit. Paria ſiquidem ſunt litem in loco mouere, aut nominatim loci mentionem facere.

Huic aūt qui loco.

AB eo verò qui loco plus petit, non multum differt is qui cauſſa ſine electione plus petere videtur, quòd alternatione contingit, quando verba in obligationibus adpoſita minimè coniuncta ſunt: vnde anceps exactio procedit, dubiáque præſtatio pendet Græci τὸν ἐπαμφοτερισμὸν dicūt. Quod exēplo perſpicuū erit, 9. vt ſi à te hominem Stichum, aut aureos decem ſtipulatus fuero, deinde ſublato altero decem tantum petā, cauſſa, aut vt diximus electione plus peto: quoniam electionem quam tibi ſtipulationis ſic conceptę natura dederat, occupo, & aufero, cum promiſſoris non ſtipulantis ſit electio vtrum ſoluere maluerit pecuniam, an hominem. Qui igitur alterum tātum petit, electionem aduerſario præripit, & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem aduerſarij 10 verò deteriorem facit: quando interdum minus expedita ſit pecuniæ, quàm hominis ſolutio. Quare cum ita ſit libellum obligationi ſuæ conformem eſſe oportere, æquum eſt, vt eodem modo petatur quo promiſſum eſt. Neque re plus peti dici poteſt

quando.

1 quando cauſſa plus petitur, ob hoc forſan quòd rem alteram pe-
tendo tantum re ea plus petatur. Nam re plus petitur, quòd ma-
ior ſumma, aut aliud quid plus quàm in obligatione ſit petitur.
Hic verò nihil petitur quod in obligatione non ſit, ſed quia al-
terum petendo electio quæ debitori ſoli conceditur præripitur,
plus petitur: propterea quòd is qui ſic petit, plus quàm ad eum
pertineat eligendo ſibi arrogat. Aliud profecto eſſet ſi ita ſtipu-
latio concepta fuiſſet Stichum, aut decem, vtrum ego volam da-
2 re ſpondes? quoniam electionem ſibi actor conſtituit, vnde fit
vt ei liceat vel hominem tantum, vel decem tantum intendere
ſibi dare oportere [y]. Quinetiam aliquando electione tametſi
non ei conſtituta qui ſibi ſtipulatus eſt, fieri poteſt, vt nihilo-
minus ipſe eligat vtrum petat: vt quando fauore illius diſ-
iunctio in ſtipulatione adpoſita fuerit [z], quæ hoc modo conce-
pta ſit. Promitto calendis Martiis debitum perſoluere, aut pi-
gnus dare. Nam tunc calendis Martiis purę debitum peti po-
3 terit, nulla facta mentione pignoris, quandoquidem vtrunque
ſtipulantis gratia adiectum fuerit. Maior dubitatio eſſe poſſet,
ſi conuentum inter Titium & Mæuium ſit, vt vnum vel duo li-
gni plauſtra ex nemore Titij Mæuius capere poſſit: propter-
eà quòd in obligationibus id ferè quod minus eſt ſemper ſequi-
mur [a], optionémque diſiunctio promiſſori dare videtur. Eadem
tamen ratione omni altercatione ſummota, electionem eius cui
promiſſum eſt eſſe dicimus, quoniam eius gratia vtrunque ad-
4 poſitum eſt. Idémque in legatis diſpoſitum inueniatur, ſi ver-
ba ad legatatium dirigantur, quemadmodum verba hæc (capere
poſſit) ad ſtipulantem dirigi conſtat. Ea autem quæ de legatis di-
cuntur, iure ad contractus transferre licet [b]. Id poſtremò ſcien-
dum eſt, quòd ſicut diximus in his obligationibus diſiunctiuis
electionem debitori competere quid ſoluat, ita vt vnius rei ſo-
lutione tota ſoluatur obligatio. Sic etiam ſi pacto conuentum
ſit de re altera non petenda, tota obligatio ſummouetur [c]. Lo-
quuti ſumus hactenus de obligationibus in quibus rerum alter-
5 natio ineſt, quæ ſuper rebus per diſiunctionem conceptæ ſunt.
Et quoniam de alternatione ceptum eſt, de qua hic vel præci-
pua quæſtio eſt, de ipſę reliqua dicere proſequamur. Dicendũ nũc
igitur erit de his obligationibus quæ perſonas ſtipulantium, & lo-
cos ſolutioni deſtinatos, tempora, ſummáſq; pecuniæ obligationi

y l. vbi autem. §. qui aliud aut il lud. ff. de ver. oblig.

z Bar. in l. quāuis per illam. l. de de pig. act. ff.

a l. in ambiguis. & l. ſemper. ff. de reg. iur.

b l. plane. §. penul. de leg. i. ff.

c l. ſi vnus §. ſed ſi ſtipulatus. ff. de pac.

adpoſitas, diſiungunt. Quantũ ad poſtrema duo attinet (vt obiter de his agamus) id certum erit longiorem diem ſolutioni deſtinatã minorémq; ſummam in ſtipulationem promiſſam tãtummodo in obligationem venire, veluti ſi ita dictum poſt annum, aut biennium dabis [d]? poſt biennium debetur, vel decem, aut quindecim dabis? decem tantùm debentur. Quando verò perſonæ in obligatione diſiunctæ ſunt, vt ſi dictum ſit mihi, aut Titio decem ſpondes? Is ſanè cui promiſſum eſt ſuo tantùm nomine petet, & poſtq̃ petierit Titio adiecto ſolui non poterit, quãuis anteà poſſet. Idem 6
7. ſi Titius & Mæuius æquè principaliter ſibi eſſent à Sempronio ſub diſiunctione ſtipulati, quia dixerit vterque ſpondes mihi aut Mæuio? vel Mæuius mihi aut Titio? quoniã vterque ſi agere volet ſuo nomine tantùm petere debebit, nulla diſiunctionis etiam mentione facta [e]. Obligationibus autem quæ locos ſolutioni deſtinatos diſiungunt, detracto altero loco minimè experiendum eſſe dicendum [f] eſt: vt ſi quis epheſi decem, aut capue decem dari ſtipulatus ſit, in poteſtate promiſſoris erit quo loco ſoluat. Ne tamen in propoſito ſi fuerit in debitoris arbitrio, ſemper vbi petatur: id tandem 8
eueniat, ne cõueniri poſſit: propterea quòd ſemper alterum locum electurus ſit, vt etiam in eo poſitum eſſe videatur an debeat, exiſtimauimus poſſe ab eo peti altero loco, & ſine adiectione: ita vt actori electio petitionis [g], reo verò ſolutionis vſque ad litem conteſtatam ſolùm detur. Idem erit ſi miſta ſit rerum alternatio locorum alternationi, veluti ſi dictum ſit equum Romæ, aut bouem capuę dare ſpondes? Ecce in rebus alternatio, equum aut bouem, & 9
locorum Romæ aut capuæ. Nam adhuc (vt dictum eſt) erit actoris electio vbi rem petat, propter loci alternationẽ. Alioqui dum rei optionem ſuam ſeruare voluerimus, actori prorſus actionem adimemus. Quod & ſi rerum locorúmque alternationi perſonarum miſceatur alternatio, veluti ſi dictum ſit equum Romę, aut bouem capuę, mihi aut Titio dare ſpõdes? idem repetendũ erit. Hæc omnia quę ſuperius diximus de electione rei cum alternatione ꝓmiſſę, quando electio ſoli debitori conceditur, ſic intelligi voluimus, 10
ſi vtraque res extet. Nam ſi alterutra perierit, ſi id quidem acciderit antequam promiſſor elexiſſet, ſine culpa tamen illius, tunc ſola res quæ extat [h] peti poterit. Igitur quæ ſupereſt purè pecti rectè poteſt. Attamẽ liberabitur debitor, ſi peremptæ rei precium offerat [i]. Sed ſi debitoris facto res altera perierit, non alia peti poteſt quam quæ

d l. ſi ſtipulatus fuero ff. de verb. oblig.

e l. ſi Titio aut Seio. de lega. ii.

f l. ii. §. vlt. ff. de eo ꝙ cert. lo.

g l. non vtique, eod.

h l. Stichũ aut Pãphilum. ff. de ſolut.

i l. cũ res. §. qua ratione. ff. de leg. i.

1 quæ ſolui poteſt, ſcilicet quæ extat. Neque peremptę offerri æſti-
matio poterit, ſi fortè longe [lz] vilior ſit. Sed ſi maioris precij fuiſ-
ſet, etiam peremptam petere poteſt creditor, vt illius æſtimationē
conſequatur [l]. Id enim pro petitore in promiſſoris pœnam conſti
tutũ eſt. Quod ſi ſemel promiſſor rem quam præſtare voluerit ele-
gerit, creditórq; quum accipere noluit in mora fuerit, ſuo periculo
rem peremptam poſteà eſſe citra dubium eſt [m], niſi forſan debito-
ris culpa interceſſiſſet [n]. Enimuerò ſi citra moram fuiſſe credito-
2 rem dicatur, & electione rei alterius à debitore facta per eundem
minimè ſteterit, quo minus rem ipſam daret (quòd ita fieret, ſi aut
interemerit, aliòve modo perdiderit) creditoris certè periculo rem
eſſe peremptã magis conuenit [o]: quum ita ſit electione ſemel fa-
cta rei alterius per debitorem, perinde eſſe ac ſi ſola illa res in obli-
gationem deducta [p] fuiſſet. Poſtremùm conſtituendum eſt quid
futurum ſit, ſi vtraque res in obligatione adpoſita perierit. Et qui-
dem ſi debitoris culpa vtraque perierit, in creditorem transfertur
3 electio, cuius æſtimationem petat [q]. Si verò vtraque perempta al-
tera tantùm, & quæ poſterior eſſet facto debitoris perierit, in illam
ſolam dabitur actio, tãquam quæ in obligatione ſola ſit, vt ſit æſti-
mationem petitor conſequatur. Ex aduerſo ſi prior ſic res in qua
culpa interceſſerit, poſterior verò citrà factum debitoris perierit,
ne impunita admiſſa remaneant, non immeritò de dolo actio deſi-
derabitur. Quæ diximus de plus petitione quæ cauſſa fit propter
4 electionem debitori cõceſſam in obligationibus diſiunctis ſi actor
alterum tãtùm petat, eadem ad generales ſtipulationes, ſiue obli-
gationes transferre licebit: vt ſi quis generaliter hominem ſtipu-
latus ſit deinde ſpecialiter Stichum petat. Aut generaliter vinũ ſti-
pulatus ſit, & ſpecialiter cãpanum petat quod optimũ eſt [r]. Nam
cãpania optima vina profert, quale eſt ſentinum, quod diuus Au-
guſtus omnibus anteferre non dubitauit & falernum, cui ſecundæ
tributæ ſunt. Item calenũ, & ipſum nobile [ſ]. Aut generaliter pur-
5 puram ſtipulatus ſit (quæ apice nomen accepit, qui florem illum
tingendis veſtibus expetitum in mediis retinet faucibus [t]) deinde
ſpecialiter tyriam (apud tyrum Aſſyrię vrbem tinctam longè om-
nium laudatiſſimam [v]) petat, plus petere intelligitur: propter ad-
ductam non ſemel rationem, ob id ſcilicet quòd electionem aduer
ſarij quam ei ſtipulationis forma dedit adimit, qua quidẽ liberum
debitori fuit aliud ſoluere q̃ id quod petitur, etiam ſi id viliſſimum

[lz] d. l. Stichum.
[l] l. ſi ſeruũ in fin. ff. de ver. oblig.
[m] Accurſ. in d. l. Stichum.
[n] Bart. in l. qui dect. ff. de verb. oblig.
[o] l. ſi ex legati cauſſa. ff. de verb. oblig.
[p] arg. l. Stichum, de ſolut. ff.
[q] d. l. Stichum. §. enimuero.
[r] l. ſtipulationũ quædam certe. ff. de verb. oblig. & l. vbi autem eodem.
[ſ] Strabo geograph. lib. 5.
[t] Plutarc. hiſt. natu. lib. 19.
[v] Strabo lib. 16.

ſit quod actor petit: qm̃ interdũ euenit, vt rei quæ ĩ pcio eſt facilior 6
ſit ei à quo petitur, q̃ eius quę vilis eſt ſolutio. Qui igitur gñaliter ĩ
ſtipulationẽ deductũ petit ſic dicere debet: Si apparet Mæuiũ equũ
aut vinũ in genere mihi debere eundẽ, vt certum equũ aut vinum,
vt ille elegerit mihi ſoluat condemna. Tandiu autẽ voluntas pro-
miſſoris in pendenti eſt, quandiu id ſoluatur [x] quod promiſſum eſt
cum diuerſa ſit cauſſa voluntatis expreſſę, & eius quæ ineſt [y].

x l. qui pluribus. ff. de ver. oblig.

y l. eũ qui certarum. illo tit.

Sed hæc quidem anteà.

IAm verò operepreciũ eſt videre (quando de plus plus peten- 7
tium pœna iure veteri conſtituta abundè ſatis diximus) quid ho
die in hac re immutatum eſt, & quatenus ab eo iure receſſum
ſit. Nam hæc quidem omnia quæ præloquuti ſumus olim in vſu
fuerunt, ſúntque hodie præterquàm plus petentium pœna, quàm
lex zenoniana, & noſtra, veluti duriuſculam molliendam putauit:
vt ſi quidem tempore plus petitum fuerit, id ſtatuat iudex quod ze-
nonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio, qua quidem cauetur,
vt qui tale aliquid deliquit, præſcripta ei tẽpora duplicentur [z]. Ve-
luti ſi poſt quinquennium tibi debeam, túq; triennio ante forſan q̃ 8
quinquenniũ exiret præmaturę petiiſti, nihil certè inde conſeque-
ris, ſed aduerſus te tempora pręſcripta duplicabuntur, & ſexenniũ
expectare cogeris, lapſóq; ſexennio ita experiri poteris, ſi impẽſas
& ſumptus plus petitionis anteà refuderis. Ita fiet, ne inducias ſe-
mel pręſcriptas tam facilè creditores cõtemnant. Idẽ erit ſiue ſtipu
latio in diem ſit, ſiue ſub cõditione, alióve modo minimè purè con
cepta, vt ſcilicet induciæ à die petitionis eadẽ ratione in euentum
vſq; diei, aut cõditionis duplicentur. Quod ſi non tẽpore plus pe-
titum fuerit, ſed re, quantitate, loco, vel cauſſa, & damnũ fortè ali- 9
quod ex ea re acceperit is à quo petitur, vt ſi maiores fortè datę ſũt
ſportulę, actor in triplũ, vt anteà docuimus, [a] cõdemnabitur. Eum
autẽ petiiſſe intelligimus, qui litem cõteſtatus eſt: Nam quẽ anteq̃
litem cõteſtaretur pœnituit, petere voluiſſe, potius q̃ petiiſſe inter-
pretabimur [b]. Si verò non ſolùm petiit, ſed etiã cautionẽ exegerit,
toto debito frandandus eſt, adeò plus petentium importunas præ-
ſeſtinatiões minimè impunitas fore duximus [c]. Sed elegãter quęſi-
tum hîc fuit, an in cauſſa fiſci ante diẽ petere impune liceat, & quia 10
ſanè ob neceſſitates publicas potiorẽ illius cauſſam eſſe conuenit,
quæ nonnunq̃ (vt ferè ſemper) ita illum vrgent [d], vt alioqui ſolu-
tionis dilatio maximum Reip. damnum ſit allatura, æquiſſimũ vi-
ſum fuit, licet ante tẽpus debita exigi nõ poſſunt, tamen fiſcum iu-
re

z §. hodie autẽ, infra. de excep.

a in. §. tripli, ſupra eod.

b l. ampli' nõ peti. ff. rẽ rat. hab.

c l. vnica. C. de plus petit.

d Bal. in. l. i. de cond. ex lege. C. iũcta. l. iii. §. multa de iur. fiſc. ff. & omnium interpretũ opinio.

1 re ſingulari ante diem, vt pecunia exoluatur interdum petere poſſe, veluti ſi fiſco debitor Męuius fuerit ex cauſſa principali, vel fiſci rationibus debitorem eſſe liquido conſtet, illęque omnia bona ſua decoxerit, & corraſerit, nihilq; prorſus in bonis habere, pręter nomina quædam in diem, quæ ex rationibus fiſci facta cōprobantur, ea ſanè non expectata die purè fiſcus exigere poterit, deducto certè medij temporis commodo [e], quod æquius videtur. Quinetiam ante diem cuilibet permiſſum eſt debitorem ſuum fugientem, vel
2 ſuſpectum de fuga conſequi, & capere [f]. Porrò ſciendū eſt ea quæ dicta ſunt de pœna plus petentis, intelligenda nō eſſe in eo qui petenti plus negauerit, vel forſan etiam integrum debitum inficiatus fuerit, qm̄ libellū in parte falſum in totū negari poſſe receptū [g] eſt.

e arg. l. ſi cōſtāte. §. quoties. ff. ſol. mat.

f l. prætor. §. debitorē. ff. quæ in frau. cred.

g interpretes in ca. vnico de lit. cont. extra.

Si minus intẽtiõe ſua

RVrſus altera nūc & omnino diuerſa ſuccedit quęſtio, de eo qui minus petit, poſtq̄ de plus petētibus ſatis diximus. Titius quū iudicio cōſiſteret, minus intentione ſua complexus fuit, q̄ ad eum
3 pertineret. Nā quū ei decem aurei deberentur, quinq; tantùm petiit, aut quū fundi eſſet dominus inſolidum, partē ſibi dimidiā tantùm dari intēdit: dubitatum fuit, an nihil ex ea re periculi timendū eſſet, & an in reliquū Nihilominus iudex aduerſariū in eodē iudicio condemnare poſſit, qm̄ reliquam ſummā, cuius priore iudicio mentio nulla fuit, alio iudicio conſequi poſteà poſſe indubitati ſemꝑ iuris [h] fuit †, de qua propterea hic minus agimus. Et ſanè ex conſtitu-
4 tione diuę memorię zenonis reliquā ſummam in eodē iudicio peti, & in eandē ſummam eodē etiā iudicio iudicē cōdēnare poſſe decretū fuit. Enimuerò id manifeſtū eſt admittendū eſſe quacūq; parte iudicij actorē, vt libellū ſuū emēdet [i], donec iudex ſententiā ꝓferat, ſi libellū, vt obſcurū, cōfuſum, ſupfluū, aut mancū in melius formare voluerit: obſcura ſ. de-
5 clarādo, cōfuſa in ordine redigēdo, ſupflua reſecādo, & detrahēdo, vt ſi viginti actor petierit, quū decē tm̄ petere deberet [lz]: niſi tñ (vt ꝓximè dixim⁹) plus dolo petiiſſet, & cautionē exegiſſet [l]. Itē & ea q̄ deficere videbūtur adiiciēdo idq; nō ſolū ī iudiciis vniuerſalib⁹, [m] aut generalibus, quibus ea quæ ſub generali, aut vniuerſali actione propoſita ſpecialiter continetur, ſpeciatim adiici poſſe certum eſt. Sed etiam ſi rei ipſi petite, aut ſummā, aut partē addere volumus.

† Guido pap. q. 177. id locum non habere uult, quādo actor primo petitioni adiecit, petē ſe eam ſummā tanquā totius anteà debiti reliquā. Atq; in eam ſententiā non ſemel iudicatū fuiſſe affirmat. Verūtamē errore adhuc actoris cōperto, & probato, ei zenonis decreto uti minimè licere haud facilè dixerim.

h l. ſi ex mora. C. de excep.

i l. vlti. C. de an. exc. l. ſi quis intētione ambigua. ff. de iud.

lz l. quidā exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.

l l. vnica. C. de plus petit.

m l. licet. C. de iud. & l. Officius. de: leg. iii.

Vt in propoſita quæſtione, ſi quinque tãtum petierit, quum decem 6
petenda eſſent, modo ſemper actionis propoſitæ natura, & ſubſtã-
tia minimè immutetur, & [n] id quod ſemel in iudicio principali de-
ductũ eſt maneat, ipſúmque actionis fundamẽtum minimè altere-
tur [o], aut transformetur. Nam alioqui non poteſt videri in iudiciũ
id veniſſe, quod poſt iudicium cœptum acciderit, ideóque alia in-
terpellatione eſſet opus [p]. Quoties enim id quo actio ipſa propo
ſita radicitus hæret nititúrq; inuertitur, nouo iudicio opus eſt, niſi
ante conteſtationem litis emendatio fiat. Videamus ergo in pro- 7
poſito an non eadem hic ſit actio, eadem agendi cauſſa, eadémque
ipſius actionis ſubſtantia, & idem denique effectus. Petiti fuerunt
aurei quinque cum decem petẽdi eſſent, fingamus ex cauſſa ſtipu-
lationis: cœpto iudicio videt actor minus quàm oporteat ab eo pe
ti, itaque decem ſic petit: Si apparet ex cauſſa ſtipulationis à me
iam in iudicio propoſitę Mæuium decem dare oportere, quanuis
quinq; tantũ petierim, illum in decem iudex condemñ. Quod etiã
idem dici poteſt fundi parte petita tantum, quum fundus totus pe- 8
tẽdus eſſet: Eſt ne hìc alia actio quàm ex ſtipulatu, alia agendi cauſ
ſa quàm ex ſtipulatu, alius etiam effectus quàm vt ex ſtipulatu con
ſequar? Nihil profecto cernere queas in iudiciũ veniſſe aliud quàm
id quod initio deductum fuerat, ſcilicet ex ſtipulatu ſemper actio-
nem. Nónne igitur viri boni officio (cuius partes ſunt lites dirime-
re [q]) magis conueniet [r] non vetare ne quid amplius agatur,
ſed quod omiſſum fuerat, vt peti poſſit admittere, iuberéq; tantum
præſtari quantum re vera deberi compererit, quàm eandem cauſ-
ſam, eãdémque rem, & actionem, quæ eodem iudicio finiri poteſt, 9
in aliud transferre iudicium, & lites ipſas potius minuere [ſ] quàm
inſerere? Quinimò de eo qui ſine actione egerit, quanuis ſummo
iure non rectè ageret, tamẽ propter ius poſteà quæſitum quo actio
ipſa niti poſſet, reſponſum eſt intentionem tenere: adeò ęqui & bo
ni, dirimẽdarúmque litum ſtudium efferbuit, Veluti de eo qui pi-
gneratitia egiſſet, antequam debitum creditori ſuo exoluiſſet, li-
cet ſine actione experiretur, tamen quia in iudicio pecuniam poſt- 10
eà obtuliſſet, non ſolùm rem pigneratã, ſed & quòd ſua intererat
conſequutus [t] eſt, tantum abfuit, vt ab actione excludetur, quia ſi-
ne actione agebat. Nos verò hic & actionem habemus, & eãdem
agendi cauſſam permanentem: iudici præterea ſtatim atque iudex
eſt factus omnium rerum incumbit officium, quæcũque in iudicio
verſari-

[n] l. in delictis §. ſi de tracta. ff. de noxa. act.

[o] l. prætor ait. §. hic autem. verſi. dotẽ. ff. vi bo. rapt.

[p] l. non poteſt. ff. de iud.

[q] l. quidã exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.

[r] l. apud celſum. §. item quæritur. ff. de dol. excep. l. ampliorem. §. vlti. C. de appel.

[ſ] l. ii. §. itẽ quæritur. ff. de no. ope. nun.

[t] l. ſi rem alienam. §. vlti. ff. de pig. act.

1 verſantur [y], eorúmque præſertim quæ nominatim initio deducta fuerunt, ſicut hic de actione ex ſtipulatu dicẽdum erit, quæ eadem in partis poſteà petitione cœpto iudicio nihilominus manet. Siquidem tot ſunt ſtipulationes, quot ſummę, quótque ſpecies, neque facit partis petitio, vt binæ propterea ſtipulationes ſint. Tãdem hic prætermittendum nõ erit, ea generaliter quæ cœpto iudicio poſteà eueniunt, & rem in iudicium deductam cõcernunt, poſſe etiam eodem expediri iudicio. Vt ſi ſeruum quem redhiberes iudicio pẽ-
2 dente feciſti deteriorem, id à venditore adiici poteſt [x]. Idem & de fructibus poſt iudicium de fundo cæptum à reo collectis, vt poſteà adiici petitioni poſſint, & ſimilibus. Sciendum tamen eſt quoties aduerſarius libello (veluti malè concepto) intercedit, tũc antequã vlterius actor progredi poſſit, libellum emendandum eſſe, neque poſt litis conteſtationem differri poſſe emendationem [y].

v l. ædiles. §. itẽ ſciendum. ff. de edil. edict.

x d. l. ædiles. §. item ſciendum.

y Specul. in titu. de lib. cõcep. §. vlti.

Si quis aliud p alio.

3 ILlud etiam vidẽdum eſt ſi quis aliud pro alio in libello petierit, an nõ liceat ei libellum ſuũ corrigere, Veluti ſi cum ex teſtamento agere deberet, ex ſtipulatu egerit. Et quidẽ nihil vetare placuit, quin in eodem iudicio cognita veritate errorem ſuum corrigere liceat, expenſis vtiq; anteà aduerſario reſtitutis. Nam qui iuſto errore ductus id commiſerit, venia dignus eſt [z]. Neque mirum videri debet ſi hic erroris cognitio deſideretur, minimè verò in eo qui minus petiit quàm deberet. Quoniam is qui minus petierat, plus petendo nihil mutat, ſed in eadem cauſſa & re perſeuerat,
4 hic verò duorum alterum mutatur, res ſcilicet cum Stichus homo debebatur, & errotẽ petiit. Cauſſa cum actionem alteram pro altetera mouit, vt cũ ex teſtamẽto agere deberet, ex ſtipulatu egerit. illa verò cõſtitutio quam aduerſus eos fecimus, qui ſemel actionem mouerint, vt neceſſe habeant vſque ad finem litem proſequi [a]: in illos propoſita eſt, qui actione mota eiuſdẽ poſteà perſequutionem differunt, vt ſcilicet horum maliciis iremus obuiam, qui paſſim & ſine delectu actiones exercent, quique dum ad iudicia aduerſarios
5 protraxerunt, pedem retrahunt, fugiunt, latitant, minimè ceptam actionem proſequentes, vt perpetua & immortali lite aduerſarios miſere vexent. Hic verò de eo loquimur qui cauſſam, aut rem (vt diximus) mutare vult, nõ vt differat, ſed vt debitum recta via proſequatur id agit, cui propterea iuſto errore lapſo ſubueniẽdum eſſe merito volumus hoc ita tamen, niſi ſimul & rem & actionẽ ipſam

z l. de ætate. §. vlti. ff. de interrog. actio. & l. error. C. de iur. & fa. ignor.

a Auth. qui ſemel. C. Quõ & quãdo iud.

b l.nemo poteſt.ff. de iud.

c auth.qui ſemel.C. de proba.

d l.i.C.ad Turpil.

e l.i.ff.ſi menſ.falſ. mod.dix.

f l.vt fundus.ff.cō. diuid.

g l.non eſt nouū.ff. de act.emp.

h l.necnō §.quod eis. ff. ex quib. cauſ.maio.

i l.non eſt nouum,de act.emp.

l z l. nemo ꝓhibetur ff. de exce.

l l.fundū. ff.de exce.

m l.fund. illo tit.

n l.vl.C.ſi quis alt.vel ſib.

o Accur.ī l.qui de ī-officioſo in ver. exerc. ff.de inoff. teſt.

p l.i.§. quia aūt ff. quor.leg.

lite demum conteſtata prorſus inuerteret,in quaquidem re iudiciũ 6
alterum non immeritò deſiderabitur b. Animaduertẽdum etiam
eſt eum qui ſemel depoſitiones teſtiũ didicerit, cauſſam libelli ſui
mutare in eodem iudicio amplius non poſſe c: ne forſan inde falſum fabricãdi detur occaſio. In cauſſis etiam criminum, is qui ſemel detulit, & ſeſe inſcripſit,criminis ꝓſequutionẽ nõ immutat d.
De eo autem qui libellum erroneum concepit, neque errorẽ corrigit,dicendum eſt intentionem ſuam nõ tenere e, & ſi de ea cauſſa quæ in libello propoſita non fuit iudici tamen liqueat. Veluti ſi 7
ex cauſſa emptionis per errorẽ petiiſti,cum nihil ex ea cauſſa deberetur,ſed ex cauſſa locationis petendum tibi eſſet, de qua tantum iudici conſtitit, non propterea iudex ſecundum te pronunciabit: quia id quod in iudicium deductum eſt, excedere iudex multominus poteſt f. Verùm quid dicemus ſi neque actio ipſa, neque res mutetur,ſed altera noua actio lite cõteſtata primę addatur? Et conſtat duas actiones in eiuſdem perſona concurrere poſſe g, vt ſi is
qui venditorem habebat oblligatum ei hæres extiterit, qui eundem venditorem obligatum habebat. Nam propriam habebit a- 8
ctionem,& hęreditariam.Has ergo ſimul mouere poterit ſi lubet, quando id leges non prohibeant h, aut alteram tantum, ſed ita vt per eam vtriuſque contractus ſentiat commodum i, ſicut per contrarium nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur,quanuis diuerſæ ſint lz. Interdum tamen minimè conceditur pluribus ſimul actionibus vti,vt quando altera alteri præiudicium adfert,veluti ſi
cum de proprietate fundi Titiani inter te & me controuerſia eſſet, 9
dixerim viam ad eundem per fundum tuum Sempronianum deberi,rectè excipies quod iudiciũ prædio non fiat l. Nam anteà viam mihi deberi dicere non poſſum,quin prius me dominum fundi Titiani probauerim.Idem ſi antequam de ꝓprietate appareat, velim actione communi diuidundo experiri, aut lite cõteſtata fructus petere m. Niſi tamẽ initio hi fructus acceſſoriè petiti cum fundo fuerunt n, aut etiã niſi actiones iſtę ſub hac conditione ſimul iungantur.Si apparet fundum Titianum meum eſſe,peto etiam viæ ſerui- 10
tutem o. Per alternationem autẽ eaſdem actiones iungi poſſe manifeſtum eſt,idq; præſertim ſi facto aduerſarij actor ignoret quam actionem exercere debeat,vt ſi dicat is qui agit,Peto à reo rem pro legato,vel pro hærede,vel ꝓ poſſeſſore p. Simili modo dicendum erit vetitam eſſe plurium actionum in eodem iudicio coniunctionem,

1 nem, quãdo vnius electione altera tollitur: ídque in legatario erit
perſpicuum, cui pluribus actionibus vt legatum conſequatur per-
miſſum eſt vti, nẽpe actione perſonali, actione in rem, & hipothe-
caria [q]. Quas tamẽ ſimul exercere non poteſt, quoniã nõ ea mente
te legatariis permiſſum eſt pluribus actionibus vti, ſed vt laxior
eis ſit agendi facultas, & alteram ex pluribus eligant quo legatum
conſequi poſſint [r]. Idem de actione de peculio, & tributoria dici
poteſt. Illa enim creditores id quod in peculio tantũ eſt conſequun
2 tur, deducto eo quod patri debetur, hac verò ſi filius ſciente & pa-
tiente patre in peculiari merce negociatus fuerit, vt extraneus cre
ditor in tributum pater vocatur [ſ]. Eligere ergo debent credito-
res qua actione experiantur, cum ſcire debeant ex eadem cauſ-
ſa regreſſum ad aliam non futurum [t]. Actiones autem contrarias
ſimul iungi non poſſe ſatis conſtat, vt ſi mandantibus ſeruis tuis
Mæuius fundum emerit, eligendum tibi eſt vtrum furti actionem,
& condictionem, an mandati [v] potius exerceas: hac ſiquidem em-
3 ptio comprobatur, illa verò improbatur.

q §. noſtra ſup. de leg.

r l. cum filius. §. variis. de leg. ii. ff.

ſ l. i. ff. de trib. act.

t l. quod in hærede. §. eligere, illo tit.

v l. i. C. de fur.

Sũt prætereà.

OMnes porrò actiones de quibus anteà meminimus ſunt huiuſ-
modi, vt per eas ſolidum ſemper quod nobis debetur perſequa
mur. Verùm aliæ ſunt quibus modo ſolidum perſequimur, modo
minus, de quibus dicendum ſequitur. Si tecum de peculio egerim
ob filium vel ſeruum tuum in decem aureos, & peculium locuplex
ſit, decem aureos conſequar: ſin minus quæ in peculio ſunt quinq;
4 tantum aureis valent, in quinque ſolos pater, domúſve cõdemna-
bitur, niſi fraudem cõmiſerint, vt quia in fraudem creditorum do-
lo peculium imminuiſſent: Nam tũc ſolidum pręſtare eoſdẽ opor-
teret [x]. De peculio verò dicendum hic aliud ideo non exiſtimaui-
mus, quoniam id quemadmodum intelligi debeat anteà diximus,
dicendúmque plenius ſuo loco conſeruamus.

x l. in bonæ fidei. ff. de pecul.

Itẽ ſi de dote.

SImili modo ſi de dote mulier ſoluto matrimonio agat aduerſus
virum qui dotem ab vxore acceperat, non ſolidum interdum cõ
5 ſequutura eſt, ſed quatenus viri facultates patiuntur [y], hoc eſt, vt
non id totum quod habet vir extorquendum ſit, ſed vt ipſius ratio
habeatur ne egeat [z]. Habenda nanque erit ratio iudici qui in id
quod facere poteſt condemnat, non ſolùm quantitatis facultatum
viri cum dotis quãtitate, ſed etiam dignitatis [a] eiuſdem, ætatíſque

y l. in condẽnatione. ff. de re. iu.

z l. inter eos. ff. de re iud.

M ij

a l. tutor ſecundum dignitatem. & l. cum plures. §. vlt. ff. de admi. tut.

vt ſi quidem concurrat quantitas bonorum viri cum dotis quan- 6
titate ſolidum mulier conſequatur, eo pro dignitate viri & nata-
lium deducto quo minimè egeat, aut inops ſit. In qua re & ætas
ipſa conſideranda veniet, ſecundum id quod per naturam viuere
poſſe adhuc exiſtimabitur [b]. Ita tamen vt æs alienum minimè de-
ducatur [c]. Idem erit ſi facultates viri dote ipſa minores ſint, vt ſem
per ratio habeatur ne egeat: id enim eſt æquiſſimũ, reuerentięque 7
debitum maritali [d]: Neque tantum in dotis petitione id ſeruandũ
eſt, ſed in aliis quoque contractibus, ſi ex his ab vxore iudicio con
ueniatur, ꝙ & in perſona mulieris æqua lance ſeruabitur [e]. Tan-
túmque publicè huius honeſtatis, maritalíſque reuerẽtiæ ratio va-
luit, vt nec pacto beneficium id adimi poſſit. Nanque cõtra bonos
mores eſt, & contra receptam reuerẽtiam quæ maritis exhibenda
eſt [f]. Quod ſi inſolidum iudex maritum condemnauerit, ignoran
tia iuris lapſus, doli exceptione tutus erit [g]. Non ſolùm autẽ vera
ſunt hæc ſi mulier à viro petat, ſed & ſi alius cui vxoris nomine vir 8
promiſerit [h]. Tranſitq; hoc beneficiũ ad filios mulieris, qui patri
hæredes extiterunt, vt in id quod facere poſſunt cõdemnẽtur [i], nõ
tamẽ ad extraneos [k] hæredes. Vtitur & ſocer hoc beneficio, ſi ma
nente affinitate dotẽ promiſſam gener à ſocero [l] petit. Niſi ſpe fu
turæ dotis generum allexerit, & cum ſciret ſe dotem præſtare non
poſſe id egerit, vt genero inſidiaretur [m]. De viro etiam dicendum
eſt beneficium hoc non porrigi ad malos contractus [n], & delicta:
vel etiam ſi malè ſit verſatus in re dotali, aut in re propria do-
loſè egerit, ne vxori ſolidum redderet [o]. Si etiam diuortio fa-
cto negocia vxoris vir geſſit, duplici actione cogi poterit ad do- 9
tis reſtitutionem, dotis actione, & negociorum geſtorum, at-
que inſolidum: ſi cum initio ſuæ geſtionis ſoluendo eſſet, poſt-
eà eſſe deſijt: vt iure ei imputare poſſit quòd à ſe non exege-
rit [p]. Deinde ſi res dotales habuerit vir quæ adhuc exiſtant [q],
aut ex pecunia ſibi donata rem mobilem, aut ſoli comparaue-
rit quam penes ſe habeat, integram illam omnino reſtituere
cogetur [r]. Cæterùm ſi mulier ſine dote quæ puſilla admodum 10
eſt egeat: Vir autem nihil præter dotem habeat, quam ſi omni-
no reſtituat mendicus ſit neceſſe eſt, æquius viſum eſt mulieri
conſuli: quando ita ſit deductionem fieri debere, quatenus mu-
lieri ſuperſit [ſ]. Interdum quoque & ſi maximè facere poſſit vir,
non ſolidam tamen dotem conſecutura eſt mulier: vt ſi ob im-
penſas.

b l. hæreditatẽ. ff. ad leg. Falcid.
c l. inter eos. ff. de re iud.
d l. vnica. §. cum autẽ ff. de rei vxo. act.
e l. nõ tantum. ff. de re iud.
f l. alia. §. vlt. ff. ſolu. mat.
g l. ex diuerſo. §. vl. ff. ſol. mat.
h l. ſi prior maritus, illo tit.
i l. etiam, illo tit.
k l. maritum, eod.
l l. penult. ff. de iur. do.
m d. l. pen.
n l. ſi certo ff. de re iu.
o l. etiã. §. licet. ff. ſol. mat.
p l. diuortio. ff. de neg. geſt.
q l. in bonæ fidei. ff. de pecul.
r l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxo.
ſ l. ſi quis à liberis. §. penul. ff. de lib. agnoſ. & l. preſes. C. de ſeruit.

1 penſas in res dotales factas vir dotem retineat. Veluti ſi vxor
tibi dotem dederit aureorum mille, túque centum in illa im-
penderis, ſi petatur dos, iure tibi conceſſum eſt nongentos ſo-
los reddere, centúmque retinere. Nam ſumptus huiuſmodi in
dotem quæ in pecunia eſt collati, dotem ipſo iure minuunt [t].
Quod ſi corpora in dotem data ſint, abſurdum eſſet diminutio-
nem corporis propter pecuniam fieri, ſed hæc res faciet deſine-
2 re corpus ipſum dotale eſſe, vel partem eius. Itaque manebit ma-
ritus in rerum detentione, donec ei ſatisfiat. Nam non corpo-
rum ipſo iure, ſed dotis diminutio fit. Quum ergo mulier ſatiſ-
fecerit viro, pecuniámque pro ſumptibus dederit, non erit am-
bigendum dotem videri creuiſſe [v]. Ita tamen intelligenda ſunt
hæc, ſi impenſæ in re dotali factæ neceſſariæ fuerint, & neceſ-
ſitatem impēdendi eam habuerint, vt illis non factis dos peritura
erat, aut deterior factura. Vt ſi aggeres facti ſint quibus flumen
3 auerteretur, ne inundatione agros vaſtaret, aut moles in flumen
etiam ad fructus arcendos proiectę quibus ſtagna continerentur.
Idem erit ſi ædificia vetera, itérve refecerit, aut arbores in lo-
cum demortuarum repoſuerit [x]. Neque ad præſens tantum tem-
pus impenſa eſſe debet, ſed ad perpetuam agri vtilitatem, vt
non tam quærendorum fructuum gratia, quàm ad conſeruan-
dam ipſam rem, ſpeciémque facta videatur, quæ alioqui cum fru-
ctibus compenſari debet [y]. Non etiam extrinſecus, ſed in dotem
4 ipſam impenſas factas eſſe oportet [z]: adeò vt nec quod in vxo-
rem etiam egram impenſum fuerit, ad retentionem dotis per-
tineat [a]. Atque in ſumma quicquid extra tutelam neceſſariam
in res dotales impenſum eſt, minimè deducitur [b]. Nam etiam
tueri res dotales vir ſuo ſumptu debet, niſi maritus vxoris no-
mine in dotis perſequutione, aut defenſione, in iudicio mul-
tum impenderit: quodquidē reputationē in ſe habere viſum fuit,
ſi dos in nominibus data æſtimata non fuerit: nam ſi æſtimata
5 data fuerit, cum omni periculo marito datur. Si verò ſine æſti-
matione, id tantum cenſetur in dotem datum quod impenſa de-
ducta ex nominibus maritus conſequi poterit [c]. Adeò autem verū
eſt harum impenſarum rationē non haberi, niſi neceſſariè fuerint:
vt ſi etiam aliter impenſas vtiles rémq; propterea meliorem vxo-
ris maritus fecerit (veluti ſi ex nouis vitibus conſitis nouelletum
in fundo fecerit, aut in domo piſtrinum, aut tabernam adiecerit,

t l. quod dicitur. i. ff. de imp. in re. dot. fac.

v d. l. quod dicitur.

x l. impenſe, illo tit. & l. impenſe. ff. de verbo. ſignifi.

y l. iii. §. vl. illo tit.

z d. l. quod dicitur.

a l. quod ĩ vxorem. ff. de neg. geſt.

b l. quod dicitur 2. de impenſ. in reb. dot.

c l. ſi nouū de her. vel act. vend. & l. per diuerſas. C. mand. facit. l. plerūque. ff. de iur. do.

vel etiam ſeruos artes docuerit [d]) non aliter tamen deductio fiet, 6
quàm ſi voluntate mulieris factę [e] ſint. Alioqui ignorantem, & inuitam mulierem quę aliunde ſoluere nõ poſſet, laribus, ſepulchríſque auitis ſpoliare viro eſſet liberum [f]. Si tamen vxor quæ probe ſoluendo ſit, eadem factura fuiſſet, impenſas vtiles neg. geſt. actione repeti poſſe æquitatis ratio ſuggerit [g]. Cæterùm pro voluptariis impenſis nullam exactionem mulier patitur [h], quales ſunt hæ quæ ſpeciem tantum ornant, non etiam fructum augent, vt viridaria, ambulacra, aquæ ſalientes, quæ per medios tubulos, & fiſtu- 7
las ſcaturiũt: incruſtationes, loricationes, picturę balnea [i], quæ & ſi volũtate mulieris factæ ſint, deduci tamen non debent, ſi parata ſit mulier pati maritum ea tollere quæ ſeparationem recipiunt. Nam ſi non recipiant, relinquenda ſunt, hoc eſt, ſi ablata profutura non ſunt. Sicut ex latioribus ffforum libris, eóque præſertim qui viceſimus quartus eſt, perfectus cognoſci poteſt.

d l. veluti ff. de imp. in re dot. fac.
e l. vtilium illo tit.
f l. in fũdo ff. de rei vẽ. & l. vtiliũ. & l. impenſe. ff. de ver. ſignifi.
g d. l. in fũdo. & l. vnica. §. taceat de rei vxo. act. C.
h l. pro voluptariis. ff de impen.
i d. l. ĩpẽſe de ver. ſig.

Sed ſi quis cũ parente

SVnt & aliæ perſonæ à quibus non ſolidum conſequimur quod 8
petimus, quódq; debetur: vt ſi quis cum parente ſuo, aut patrono egerit, quum emancipatus eſſet (Nam alioqui generaliter lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo quem in poteſtate habemus [lz]) non amplius conſequetur, quàm facultates eius à quo petierit patientur. Parentes intelligimus vtriuſque ſexus, non ſolùm patrem, auum, proauum, & tritauum, ſed & aſcendentes in infinitum, pietatis fauore [l]. Si enim patrem inopem alere [m] nos pietas ipſa cogit, quantomagis eundem in iudicio conuentum minimè exuere debemus. Idem & per contrarium ſi à patre filius conueniatur ob- 9
ſeruandum erit, quando & filium patrem alere debere ius naturę [n] ſuadet. Imò etiam de fratre, ſi idem exiſtimetur honeſtius erit [o]. Nã ſi patrono nõ ſolùm bñficium id tribuitur, ſed & liberis [p]: Cur nõ igitur & parẽtis noſtri liberis, hoc eſt, fratribus idẽ tribuendum putauimus, quos vt etiam alamus ſanguis ipſe efflagitat [q]? Atque cum ita ſit ſocios bonorum (vt hic proximè dicturi ſumus) nõ alia ratione in quantum facere poſſint tantum conueniri, quàm quod ſocietas ius quoddã fraternitatis in ſe habet [r], cur germanę frater- 10
nitati non idem cõcedemus? Quinetiam patrono id minimè denegandum eſſe ſi à cliente conueniatur eadem ratio dictat, quandoquidem patronum egentem alere debet cliens, & contra patronus clientem [ſ]. Et in ſumma quoties reum egentem actor alere debet,

lz l. lis nulla. ff. de iu.
l l. quique. ff. de in ius voc.
m l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs ff. de libe. agnoſc.
n d. l. ſi quis à liberis.
o omnes interpretes hic.
p l. patronus. ff. de re iud.
q Fab. in l. i. C. de alend. lib.

r l. vetum. ff. pro ſoc. ſ de nou. feud. in princ.

1 debet, æquiſſimum omni circuitu ſummoto [t] videbitur, ſi in quan
tum facere poteſt reus tantum condemnetur. Niſi forſan ingratus
fuerit is cui alimenta præſtanda ſunt, vt ſi contumeliis violati fue-
rint parentes, patroni, & ſimiles, aut etiam paupertate, vel corpo-
ris valetudine laborantes relicti [v]. Eadem dicenda erunt de ſociis
etiā ſi vniuerſorū bonorū ſocij non ſint, ſed vnius rei, ſi de ipſa ne-
gotiatione tamen agatur, neque de contractu, aut facto alterius
2 q̃ ſuiipſius quæſtio ſit, & ſi ſe ſocios non inficientur, vt ſcilicet in-
quantum facere poſſunt cōdemnētur [x]. Idem etiam erit ſi quis ex
donatione ſua conueniatur, vt ſi cui donandi animo fundum pro-
miſerit: Neque enim amplius quam in id quod facere poteſt con-
demnādus erit, & quidem is ſolus deducto ære alieno [y]: Cui ſanè
pinguius ſuccurrendū fuit, quàm ei qui verum debitum perſolue-
re compellitur, ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur [z]. Libe-
ralem autem promiſſionem fuiſſe oportet, & nulla alia cōtempla-
3 tione factam, quàm liberalitatis & munificentiæ exercendæ [a] gra
tia: Alioqui extra cauſſam donationis eſſe dicendum erit, quòd ob
cauſſam promiſſum eſt, quādo id genus quoddam permutationis
in ſe habeat [b], niſi ob cauſſam ſolam donatarij, & in rem ſuā tan-
tum facta eſſet donatio, vt quia donatum mulieri [c] ſit in dotem, aut
alij cuiuis, vt domum ſibi ædificet, vel fundum ſibi emat, aut aliud
quid ſimile [d]. Sed ſi donatum ita tibi eſſet, vt donanti domū ædifi-
ces, aut quid aliud facias, obligationē dicendū eſt nō contrahi eo.
4 caſu quo donatio eſt [e]. Quum tamen donatio cauſſam ipſam grā-
di pecunia excederet, poſſet videri huic beneficio locum fore. Nē-
pe ſi donandi animo aureos mille Titio promiſeris, ita tamen vt
veſtem cericeam tibi emat: poſteáque vt eam ſummam des con-
ueniaris, non iniquum videbitur ſi in reliquam ſummam quæ
veſtis preciū grandi pecunia excedere poteſt, deſideres ne amplius
quàm in id quod facere potes condemneris [f]. Niſi tamen aliud
principaliter contraheris qui donauit intenderit: vt quando vni-
5 uerſa venditio donationis cauſſa facta eſt, in totum non valet ven-
ditio, vel ſi donationis cauſſa minoris fuerit venditio, valebit qui-
dem venditio, vt venditio, nō autem donatio dicetur [g]. Cæterùm
ſufficiet donationem eſſe primam agēdi cauſſam, etiam ſi nō om-
nino ex ea forſitan agatur, veluti ſi te ſoluturum conſtituiſti quod
donare promiſiſti, iudicio conſtitutæ pecuniæ conuentus nō inſo-
lidum, ſed inquantum facere poteſt condēnari te non fruſtra deſi-

t l. ſi filius. ff. de vulg. & pup. cum oīm interpretū opin.

v l. alimēta ff. de lib. agnoſc.

x d. l. verū. & l. ſūt qui de re iud.

y l. iter eos de re iud. ff

z l. exhære datū. §. vlt. & l. ſeq. ff. illo tit.

a l. 1. ff. de dona.

b l. hoc iure. §. 1. illo tit. & l. ſed & ſi lege. § cōſuluit. ff. de pe. hær.

c l. extraneus. ff. de iur. dot.

d l. qui id quod. ff. de dona.

e l. Ariſto. illo tit.

f arg. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donat. int. vir. & vxo.

g l. ſi quis donatiōis. ff. de contra. emp.

derabis. Cauſſa nanque & origo conſtitutæ pecuniæ iudicij pote- 6
ſtati preualet [h]. Porrò quę anteà diximus de dote repetenda ſi ex-
tat, & in poteſtate mariti ſit, vt minimè ratio tunc habeatur, quan-
tum is facere poſſit. eadem & hic intelligenda erunt, ſi res per do-
nationem promiſſa, penes donantem cum petitur fuerit. Perſona-
le eſt autem hoc beneficium, neque ad hæredes tranſit [i], idem &
de fideiuſſoribus dicendum erit, vt inſolidum condẽnari debeant,
ſi modo ſuo nomine cõdemnentur, nõ vt aliorum defenſores tan-
tum [lz]. Sciendum tamen eſt ex pollicitatione apud Remp. ob ho- 7
norem facta, inſolidum eum teneri qui pollicitus [l] eſt.

h l. qui id quod. ff. de dona.

i d. l. verũ. ſ. vidẽdum ff. pro ſoc.

lz d. ſ. videndum.

l l. ex pollicitatione. ff de pol.ic.

Cõpẽſationes.

PEr compenſationem etiam plerunque fit, vt non ſolidum quod
petitur conſequamur, quando ea ab aduerſario ſemel in iudicio
oppoſita fuit. Si enim mecum ad decem aureos egeris, quum inui-
cem mihi tres aureos deberes, quos per cõpẽſationem oppoſui [m],
in ſeptem tantùm condemnabor. Nam ex bono & æquo, habita ra-
tione eius quod inuicem liquidum ex eadem cauſſa debetur præ- 8
ſtare oportet: In reliquũ enim eũ cum quo actũ eſt condemnãdum
tantùm placuit, quemadmodum & iam anteà dictum [n] eſt: ideo ad
id quod reliquum eſt properemus.

m l. quod i die. ſ. 1. ff. de cõpenſ.

n ſ. in bonæ fidei.

Cum eo quoque.

POſtremò fit & per ceſſionem, vt quis minimè ſolidũ quod debe-
tur conſequatur, de qua poſtremum tandem dicere per oppor-
tunũ viſum fuit, quando & ipſa poſtremũ fit miſerabileque debito-
rum ſubſidium [o]. Erat enim anteà in vſu, vt debitorũ corpora quę
ſoluendo non eſſent inhumaniter nectereutur, & in poteſtate cre- 9
ditorum eſſent, quorum interdum fera crudelitas in debitorũ cor-
pora diris cruciatibus ſęuiebat [p]. Vnde cõſtitutum poſteà fuit, ne
nexum inirent [q], ſicut diuorũ Diocletiani & Maximiani tempo-
ribus, etiã humaniſſimæ ſancitum fuit, ne ob æs alienum credito-
ribus liberi ſeruirent [r]. Quod & à nobis ſeuerius poſteà vetitum
fuit, ne quantulocũque nexu debitorum corpora creditoribus ob-
ligare liceat, nedum ſeruitutis, ſed & locationis, aut etiam pigno-
ris, iubẽtes alioqui creditores à iure ſuo cadere, & tantundẽ nexis 10
creditoribus præſtare, ipſóſque denique creditores impios pœnis
corporalibus ſubiici [ſ]. Si quis igitur cuiuſcũque ſexus, ſiue pater-
familias, aut filiusfamilias fuerit, graui ære alieno conflato credi-
toribus quibuſdam ſit obnoxius, quibus moleſtis, & infeſtis, ſol-
uendo

o l. vlti. C. qui bo. ced. poſſ.

p d. l. vlti.

q Liui⁹ lib. 8. decad. 1.

r l. ob æs alienum. C. de Actio. & oblig.

ſ Aut vt nulli iud. ſ. quia verò. coll. 9.

1 uendo minimè ſit: beneficium id debitori huic conceſſimus, quo
carceribus ſitum effugere queat [t], creditorúmque moleſtia tandẽ
liberetur, vt bonis cædere ſit liberum. Nec huic quidem beneficio
iureiurando renũciari poteſt. Quod ſi poſteà pinguior fortuna ar-
riſerit, & bona aliqua acquiſierit, quæ idoneum emolumentum ha
beant, quibúſque Prætor moueri poſſit [v] (quod ex quantitate eius
quod quæſitum [x] eſt, & dignitate [y] eius qui ceſſit, æſtimabitur) po
terunt iidem creditores quibus ex integro ſatisfactũ non erit (non
2 verò hi qui poſt ceſſionem factã creati forſan eſſent) [z], denuò age-
re, reliquáſque ſummas † petere. Ita tamen vt
ne adhuc quidem inſolidum, ſed inquantũ fa-
cere poteſt debitor cõdemnetur. Id nanque in-
humanum viſum eſt, eum qui fortunis omni-
bus ſeſe exuerit, inſolidum condẽnari. Verùm
ſciendum eſt eum qui cedere bonis vult, priùs
debitum agnoſcere debere, aut in id condem-
3 natum eſſe oportere [a]. Neque aduerſari eun-
dem oportet, quin omnia bona indicet & pa-
tefaciat, ne per impoſturam ceſſio fieri exiſti-
metur. Alioqui ſi ea occultet, aut in fraudem fa
ciat, quominus in poteſtate habeat, indignum ſe hoc benficio fa-
cit [b]. Impeditur etiam hoc ceſsionis ſubſidiũ,
quoties de delicto † quæſtio eſt. Nam tum pœ-
nam pecuniariam propter egeſtatem eludẽti-
4 bus, corporis ſuccedit coertio [c]. Si quis etiam
ad factũ ipſum obligatus ſit, vt quia foſſam fo-
dere, aut operas aliquas præſtare ꝓmiſerit quæ
citra ſumptũ ſunt, ſi cedere bonis volet, quum
æſtimationẽ opere propter inopiã offerre non
poſſit, operas tamen ipſas præſtare poteſt, me-
5 rito non audietur [d]. Propter honorem etiã municipalem, vel mu
nus, admitti ceſsionem nõ oportet, ſed vnum-
quemque his obnoxium pro modo ſubſtantiæ
fungi magis conuenit [e] †. Is qui tamen bonis

† Si cred·tor debitorẽ ad eum bonorum ceſsionem adegerit, quæ ignominiæ notam inurit, & qua in nonnullis Galliæ *prouinciis utimur contentus ea omnino eſſe debet, nulla ſpe illi reliqua ſi ad pinguiorem poſteà fortunã debitor peruenerit.* Gui*do papæ.q.*343.

† 23. *die* Octob. 1531. *in iuridicis* Pictauen. *cõuentibus areſto pronunciatum eſt.* Si *reus certã quantitatem priuato delatio etiam ex delicto dare ſit condemnatus, ſi bonis cedat carcere debere eum liberari.* Alia *nanq; hodie eſt ratio eius pœnæ pecuniariæ quæ priuato læſo applicatur, & eius quæ fiſco datur, aut olim etiã priuato dabatur.* Vide Imber. *inſtit. forenſ. lib.* 4 *.ad finem.*

† Non *ſine altercatione quæſitum eſt, an debitor fiſci cedere bonis poſsit.* Cy. *in. l.* 1 *.*C. *qui bo. ced. poſſ. &* Barto. *in. l. cum eo autem. ff. de ceſſ. bo. id cum diſtinctione decidunt.* Nos *eo iure utim*us*, ut admittantur.* Guid. *papæ. q.* 211.

t l. ſi debitoris. ff. de ceſſio. bo. & l. iii. de bo. autho. iud. poſſ.

v l. qui bonis, de ceſ. bon. ff.

x l. nepos proculo. & illic Accur. ff. de verb. ſignif.

y l. iii. ff. bo. au. iud. poſs.

z l. penul. ff. de ceſ. bon.

a Accur. ad l. primam. C. illo tit.

b l. vlt. in ſi. ff. quæ in frau. credi.

c l. i. §. generaliter. ff. de pœn.

d l. in ſtipulationibus. §. vlti. ff. de ver. oblig.

e l. propter honorem. C. qui bo. ced. poſs.

f l. is qui bonis. ff. de ceſ. bo.
g l. quē penitet, illo tit.
h l. in omni. C. illo tit.
i l. vlti. ff. illo tit.
lz l. maiorē ff. de pac.
l l. vlti. C. qui bo. ce. poſ.
m d. l. vlti.
n l. vniuerſa. C. de precib. īp. off.
o l. ſi debitori. ff. de iud.
p Arg. l. vnicæ. §. ſūt autem, ī fi. ff. ne quid ī flu. pub.

ceſsit, ante rerum venditionem bonis ſuis non caret f, quare ſi paratus ſit ſe defendere, poteſt id defendendo conſequi, ne bona eius veneant g. Sufficit autem in omni ceſsione voluntatis profeſsio h, & nō tantùm in iure, ſed etiam extra ius fieri poteſt, & ſufficit per nunciū, vel epiſtolam id declarari i. Quod & ſi maxima pars creditorum ex quantitate debiti, vel concurrente æqualitate lz, aſſenſerit induciis quinquennalibus debitores fruentur, vt demùm hoc finito quinquennio ſatisfaciant, & ita bonis non cedant l. Quod certè beneficium induciis obtentis ampliùs non datur m. Neque durum creditoribus ipſis videri debet, ſi non expectato eorum conſenſu, debitoribus ſuis noſtro reſcripto dilationis beneficium indulſerimus, quum nō aliter, niſi fideiuſſore idoneo anteà ſuper debiti ſolutione præſtito †, id concedi ſoleat n: tum quod tēporale tantū damus ſilentium, neque in modici temporis mora grauis creditori pernicies futura eſt o, Deīde oportet in huiuſmodi cauſsis vtilitatem, & tutelam debitorum, ſine magna creditorum vtique iniuria ſpectari p.

6

7

8

† *Moribus noſtris ea cautio non præſtatur. Vide Maſuer. in titu. de oblig. uerſic. item debitor. Denique de uario hoc moratoriæ exceptiōis reſcripto (quod reſpitum forēſes uocant) à quibus hodie impetrari poſsit, in quod tempus, & quomodo. Vide plenè Imber. lib. 1. inſt. Forenſ. ad finem, quum de ſententiæ executione tractat.*

Paraphraſis in titulum de Actionibus, finis.

1 Argumentum eorum quæ *DE EXCEPTIONIBVS DICENTVR.*

2 *EXceptio propriæ, eſt exceptionis excluſio,& præſcri-*
ptionem & præiudicium cõtinet. Præſcriptio eſt,quæ
actionem magis trãsfert,quàm perimit: Præiudicium
verò defenſio eſt ex ſententia priùs dicta, aut ſi rem
priùs iudicandam obiicimus. Exceptionum aliæ ſunt perpetuæ
& peremptoriæ,aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ,quæ ſem
3 *per agentibus obſunt,& rem de qua agitur perimunt: qualis eſt*
doli mali,& metus exceptio,pecuniæ non numeratæ,pacti conuen
ti perpetui, iuriſiurandi, & rei iudicatæ. Temporales verò, quæ
ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt. Quod inter-
dum ex obligatione, & conuentione fit, interdum re ipſa, inter-
dum ex loco, interdúmque ex perſona. Obligatione,qualis eſt pacti
conuenti temporarij exceptio, quæ olim ſemel ei qui ante tempus
4 *petierat efficax propoſita,aduerſus eundem denuò poſt tempus pe*
tentem rei iudicatæ exceptionẽ perẽptoriam parabat. Verùm ho-
die induciæ tantum duplantur, vt neque aliter niſi perſolutis ex-
pẽſis iudicium poſteà accipiatur. Ex re ipſa, & loco, ſi res ipſa,
vel locus adiectus,dilationem ſine conuentione tribuat. Res ipſa,vt
ſi quod in vtero eſt promiſſum ſit, aut fructus futuri: Locus adie-
ctus,ſi Carthagine dari promiſeris,quum Romæ eſſes. Ex perſona
5 *ipſa, aut procuratoris, aut actoris, aut iudicis. Procuratoris, vel*
quia procurator eſſe non poteſt, vt miles mulier: vel qui procurato-
rem dedit dare non potuit, vt pupillus, aut minor, ſiue tutore, aut
curatore ſummota exceptione infamiæ eius qui procuratorẽ con-

ſtituit, quum id nihil hodie vetet. Vel ex conditione & natura litis quæ procuratorem non admittit, vt ſi populare, aut criminale fuerit iudicium: vel ex modo & forma procuratoris conſtituendi, nempe ſi mandatum tantum generale habeat, cum ſpeciali opus eſſet. Aut quia mandatum omnino non habet, ex perſona actoris, veluti eorum omniũ qui agere prohibentur, vt furioſus, infans, ſeruus, & ſimilis. Ex perſona iudicis, vel non competentis, vel recuſandi.

1 Petri Plateani Angolæi, in ſum-
MO TRIBVTORVM VECTIGA-
liúmque tribunali Lutetiæ Pariſiorum Regij patroni, Paraphraſis in titulū de Exceptionibus, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.

2

VENTVM eſt ad alteram totius controuerſiæ iudicialis *Sequitur vt de exceptionibus.*
partem, apprimè quidem neceſſariam. Nam ſi anteà
actoris intentionem qua reum inuadat, atque oppri-
mat omnino inſtruximus: Nūc quoque par eſt, vt rei
partes itidem adornemus, armíſque inſtruamus, qui-
bus aduerſarij impetus tam excipere, quàm propulſare ſéque
tueri poſſit: Alioqui neminem in re publica ſecurū eſſe poſſe dein-
3 ceps futurū eſt, ſi ſatis ſit agere, vel petere, nec liceat excipere. Re-
ctiſsimè ergo conſequi videtur, vt de exceptionibus diſpiciamus:
quæ nō alia certè ratione, q̃ defendendorū eorū cū quibus agitur,
hoc eſt, reorum [a] gratia comparatæ ſunt? Eſt enim generale exce
ptionis nomen, quod cuilibet defenſioni depulſioniq; actionis cō [a] l.3.ī prī. ff. de iureiur.
uenit [b], ſub ſe præſcriptionem & præiudicium continens. Nam
eam propriè dici præſcriptionem creditum eſt, quæ directo inten-
tioni actoris nō aduerſatur, nec eam prorſus negat, ſed contendit [b] l. defenſiones.C. de excep.
4 ne admittatur eo quo agitur modo, & quæ actionem magis tranſ-
fert [c], q̃ perimit: veluti de exceptione dilatoria dici poteſt, tametſi
interdum præſcribendi, excipiendíq; verbo promiſcue ſæpiùs vti- [c] l.3. ff. de præcar.
mur. Appellatæ autem ſunt ideo præſcriptiones quod non minus
pręſcriptis verbis & [d] formulis q̃ actiōes ipſæ cōcipiebātur, à Prę- [d] Cice. ad hærē. lib.3.
toréq; ipſo (cuius erat iudicia cōſtituere) impetrabātur. Vnde eue-
nit, vt iudiciis ſemel cōſtitutis, pręſcriptiones hæ, ſeu tranſlationes [e] l.vlti.C. de præſc.
5 vix aut rarò inciderēt, quū de eis apud Prætorē ante iudicij cōſtitu
tionē omnino diſceptandū [e] eſſet. Pręiudiciū verò quod & ſpecies
exceptionis eſt, nihil aliud eſt q̃ defenſio ex ſententia prius dicta, [f] l.nemo. C.de ſent. & interlocom.
quum in ea ipſa cauſſa de qua rurſum quæritur iudicatū ꝓponitur:
nō ſi in pari cauſſa præiudicatū exēplúmve adferatur, quia nō exē-
plis, ſed legibus iudicandū eſt [f], niſi certè cauſſa plenè cognita [g], [g] l.vlti.C. de leg.
ſententia ſuper iuris interpretatione à principe dicta eſſet, vel à

ſenatu, quem ius facere poſſe non ambigitur [h], aut quia ſcriptum 6
ius deficit [i], tótve exempla ſententiarum reperiantur, vt iam con
ſuetudinem induxerint [lz]. Eodem modo etiam ſi rem priùs iudi-
candam, obiicimus prçiudicium intelligẽdum erit, quo etiam prç-
iudiciales actiones proprie dici anteà admonuimus. Verùm exce-
ptio propriè ſumpta quaſi quædã excluſio dicitur, ad excludẽdum
id quod in actoris intẽtionem deductum eſt propoſita [l]. Quoniam
ſçpè accidit, vt licet ipſa per ſe quutio, ſeu actio qua actor experitur,
iuſta ſit, vímque iure ciuili habeat, iniqua tñ ſit, & ſine viribus ad- 7
uerſus eum cum quo agitur: Verbi gratia, Titius metu tibi iniecto
curauit, vt ei ſtipulanti quingentos aureos promitteres, quãuis ſti-
pulatio vim ſuam explicuerit, obligationémq; verborũ pepererit
(nam & coacta volũtas [m], voluntas eſt) atq; ex ſtipulatu actionem,
aut condictionem, quæ ex ea naſcitur Titius tecum habeat, quam
palàm eſt iure ciuili valere, efficacémque eſſe: tamẽ quia iniquum
eſt, vt quod nõ debeas id propter ſummũ ius quod ſæpè ſumma in-
iuria eſt ſoluere cogaris, ideo proſpectũ eſt: vt Titio ex ſtipulatione 8
agenti, exceptionem quod metus cauſſa opponere poſsis, quia per
metum promiſiſti. Exemplóq; Ageſilai olim regis promiſsionem
metu factam obiicientis, dum diceret dixi, non promiſi: ſic reſpon
dere quoque poſsis, dixiſſe te quidem aureos quingentos te datu-
rum, ſed non promiſiſſe: quaſi nihili habendum ſit verbũ metu ex-
tortum, & ratam promiſsionem nõ eſſe, quam ab inuito expreſſe-
rit. Tanta enim eſt exceptionis huius æquitas, vt inter cauſſas om-
nes quarum nomine Prætor ſingulis ſubuenit, primo loco metum
retulerit [n], ne in alterius præmiũ iuſtus cuiuſq; metus vertatur [o]. 9
Qua etiam ratione in rem quoque ſcripta eſt hæc exceptio, vt non
ſolùm inſpiciam [p], an is qui agit metus cauſſa aliquid fecerit, ſed an
ab aliquo metus cauſſa in hac re factum ſit, non tantùm ab eo qui
agit. Nam eo iure vtimur, vt de metu à quocunque adhibito exce-
ptio obiici poſſit [p]. Si metus quidem ſit minimè vanus, ſed maio-
ris mali, & qui in hominem conſtantem cadat [q]. Vt ſi ſalutis peri-
culum, vel corporis cruciatum contineat [r]. Præſentémq; eſſe me-
tum oportet, non verò ſolam eius inferendi ſuſpicionem [ſ], niſi 10
potentior fortè quis in inferiorem, patronus in clientem, parẽs in
filium, maritus in vxorem, aliæq; huiuſmodi perſonæ aliquid geſ-
ſerint, etiam ſi ſolas minas iactauerint, vnde ſolo metu, nimiáque
reuerentia eis paritum fuerit: quia tum nõ actione quidem metus,
ſed

h l. nõ ambigitur, il-lo tit.

i Accur. in d. l. nemo.

lz gloſ. in ca. de quibus. 2. diſt.

l l. ii. ff. de excep.

m l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. de eo quod met. cauſa.

n l. i. ff. de reſt. ĩ integ.

o d. l. ſi cũ exceptiõe. §. aliquando. & l. ſeq. ff. de eo quod met. cauſſa.

p l. apud celſum. §. penul. ff. de dol. mal. excep.

q l. i. & . ii. ff. de eo q met. cauſa.

r l. ĩterpoſitas. C. de tranſac.

ſ l. metum 3. ff. de eo quod met. cauſa.

1 ſed iudicis officio quod metu geſtum erit reſcindetur [t]. Interdum
tamen quod metu fit, nullum ſtatim prorſus eſt, adeò vt neque a-
ctione,neque iudicis etiam officio opus ſit:veluti nuptię metu cō-
tractæ, in quibus contrahendis libera admodum poteſtas eſſe de-
bet [v], neq; ſi iuſiurandū interueniat ratum erit quod fiet. Quādo-
quidem inuitę nuptiæ triſtes ſæpè, & perturbatos habent exitus [x].
Idem erit ſi dos metu ꝓmiſſa ſit,quia nulla inde naſcetur obliga-
tio,quum nec talis promiſsio dotis vlla ſit [y]. Quod & ſi per vim
2 inuitus retentus ſit tutor,non valet quod agitur:quia non præſen-
tia corporis, ſed cōſenſus cōfirmat quod agitur [z]. Denique cuicū-
que metus actionem propoſitam eſſe anteà oſtendimus,eidem ex-
ceptionem hanc competere ſciendum erit,quoniā ei cui actionem
propoſuimus,multomagis exceptionē damus .Quæ de eo qui per
metum promiſsionem extorſit diximus, vt actionem habeat quæ
efficax ſit,eadem intelligenda erunt in eo qui dolo alterum indu-
xit,vt promitteret. Et enim cum duobus modis fiat iniuria,aut vi,
3 aut fraude:fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrunque ab
homine alieniſsimum: ſed fraus odio digna maiore videtur [a].
Si ergo tu dolo Mæuium aggreſſus, eo illetum perduxiſti, vt cen-
tum promittet:erit quidem ſubtilitate iuris obſtrictus, & vt anteà
dabitur actio,ſed ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis cō-
tra naturalem æquitatem proſit,exceptionem doli mali propoſuit
Prætor,qua Mæuius tutus erit [b], quū id generale ſit eū qui æqui-
4 tate defenſionis infringere actionem poteſt, doli exceptione tutū
eſſe [c]. Et hæc quidem vera ſunt in contractū ſtricti iuris,nempe ſti
pulatione:quam nullus dolus vitiare poteſt,ſed ſummo ſemper iu
re ſubſiſtit [d]: Verùm quod attinet ad bonæ fidei contractus,longe
aliud in illis eſſe anteà indicauimus [e]. Differt autē exceptio hæc à
priore,quia perſonalis ſemper eſt,quod attinet ad perſonam acto-
ris,ſolúmque aduerſus eum qui dolum commiſit,vel eius hæredē [f]
proponitur. Ex perſona verò eius qui exceptionem obiicit,in rem
5 eſt:neque quæritur aduerſus quem dolus commiſſus ſit, ſed an in
ea re dolo malo factum ſit à parte actoris [g]. Planè authoris dolus
per hanc exceptionem hæredibus quidem, & iis qui in ius defun-
cti [h] ſuccedunt obiicitur:item & iis qui lucratiuam cauſſam [i] na-
cti ſunt. Nō autem emptori,& ſimilibus qui vicem emptorū obti-
nent,neque lucratiuam acquiſitionem habent, vtique ſi ipſi dolo
careant [lz], & acceſsione authoris non vtantur,reíque ipſi vt furti-

t l.1.§.quæ onerandæ. ff.quar. rer.act.
v l.vl.in fi. C.de ſpon.
x c.requiſiuit de ſpōſ.
y l.ſi mulier.§.ſi dos ff.de eo qđ met.cauſ.
z l.1.§.vlt ff.de auth. tutor.
a Cic.lib.1 offic.
b l.1.ff.de dol.mal. exc.
c l.qui æquitate.ff. de dol.mal. exc.
d l.dolo.C de int.ſtip.
e l.n.§.actionum ſupra de act.
f l.cum hæres.ff.de diuor. & tēp. præſc.
g l.2.§.vlt. de do.mal. except.
h d.l.cum hæres.
i l.apud Celſum.§. pen.de do. mal.excep.
lz d.l.apud Celſ.§.pen.

1 pugnandum quamlibet actionem aliam ſubſidiaria compoſita eſt. Sunt & alia exempla per quæ etiam manifeſtiùs nobis id cõfirmamare liceat, quod iam tamen ſatis oſtendiſſe videmur. Frequenter nempe id euenire, vt licet ipſa actio (qua actor vtitur) vim ſuam habeat: & vigeat, ea tamen exceptione ſemel oppoſita facilè decidat, & quæ prius iuſta erat, nunc iniquiſsima conſpiciatur. Quod vt facilius adhuc, tenaciúſque adoleſcentulum animis hæreat, alia etiã exempla ſubnectere viſum eſt, quibus veriorem quoque eam exce-
2 ptionem qua actoris intentio prorſus excluditur, pleniùs ſimul indicabimus.

Idem iuris eſt.

EOdem igitur modo opponi ſolet actioni exceptio ĩ hac ſpecie, vt puta ſi quis pecuniam tãquam tibi creditam, mutuo datam, & numeratam, aliámve rem quæ mutuo dari ſolet [b], à te ſtipulatus fuerit, aut ex alia quanuis etiam cauſſa citra ſtipulationẽ, ſpe futuræ munerationis lactatum te, & egentem debitorem inani for-
3 tè oſtẽtatione pecuniç ineſcauerit, & cõfeſsionẽ exorſſerit (quum tamen nullam pecuniam, aut non omnem numeraſſet [c]) eam certè pecuniam à te petere eum poſſe ſtricta quidem iuris ratione certum eſt, quam dare te oportere ex eo conſtat, quòd ex ſtipulatione teneris, vel alioqui obligatus es. Verùm quoniam iniquum eſt condemnari te non ſecuta numeratione, exceptio tibi, tuíſque fideiuſſoribus & hæredibus dabitur [d], quam pecuniæ nõ numeratç † appellamus. Quç & creditoribus
4 ex perſona debitoris propoſita eſt, ſi vt poſſeſſores rerum debitoris conueniantur, ſiue ea exceptione vſus ſit debitor, ſiue ea vti noluerit, atque etiam prohibeat ne alius vtatur. Quod idem de quocunque alio iuſto rerum debitoris poſſeſſore dicẽdum ſequitur [e]: ita tamen vt neq; debitori, neque fideiuſſori eius noceat, ſi is qui exceptionem eam oppoſuerit, ſuccumbat [f]. Hæc exceptio tam in creditorem, quàm eius hæredem datur [g], atque adeò in quẽuis ſucceſſorem, & ex quarunq;
5 cauſſa iuri creditoris ſuccedentem [h]. Fraudis etenim ſuſpicio, qua plerique creditores improbè miſeros debitores ſpe futuræ numerationis deludebant (Nam quid non facturus eſt indigus & hians debitor, ne pecunia ſemel oblata, & præſenti fruſtretur) in cauſſa fuit, vt aduerſus ſcripturam hæc admittatur exceptio, nec omnino

† Aduerſus mutui confeſſionem, ſiue chirographo, ſiue publica ſcriptura redactã, pecuniæ non numeratæ exceptio hodie nõ obiicitur.

b l. in contractib⁹. C. de non nume. pec.

c l. 2. l. & cũ vltra. C. illo tit.

d l. ſi intra & l. tã mãdatori. C. eodem.

e l. ſi cui. C. eodem.

f d. l. ſi cui.

g l. ſi intra illo tit.

h Accurſ. i l. ſi ex cautione eodẽ.

fides ſtatim ſingraphe adhiberetur, publicóve inſtrumẽto quo numeratam anteà eſſe pecuniam, & nõ in præſens ſeruus publicus [i] teſtatur: ſi modo poſt contractum cautionem debitor non agnoue rit [lz]. Aliter atq; in aliis cõtractibus, qui extra mutui cauſſam ſunt, in quibus fides ſtatim ſcripturæ adhibetur. Vt ſi depoſuiſſe te, aut donaſſe, vel trãſegiſſe per eam teſtatus fueris, aliámve debiti cauſſam profiteris. Nam tum ſcripturæ huius probatio aduerſus te effi cax erit, niſi tu contra euidentiſſimis argumentis iudicis religionem inſtruxeris [l]. Eáque exceptionis huius pecuniæ non numeratæ vis eſt, vt nouæ probationis neceſsitate actorem oneret: quãuis ſi reus ipſe probare paratus ſit, ꝙ excipiendo propoſuit, id quoque poſſit, nempe numeratam nõ eſſe pecuniam, quod difficilè nõ erit, ſi actorem cogat diem, locúmque numerationis in ſuo libello edere, quoniam alioqui factum negantis per rerum naturã probari non poteſt [m]. Quemadmodũ autem hæc debitori cõpetit exceptio, ita & creditori ipſi datur, qui in apocha temerè ſcripſerit ſibi numeratũ eſſe quod revera non accepit, atque in dies triginta hac exceptione vti ei permiſſum eſt, per quam debitor conuentus eodẽ modo probare cogetur redditam à ſe pecuniã [n]. Quod tamen fiſci noſtri procuratori vbi pecuniã ab aliquo ſolutã eſſe teſtatus fuerit, denegauimus [o]: ſicut & alia multa nobis ademimus, quę aliis indulgemus. Deinde ad exceptionis huius explũ aliam exceptionem introduximus, quàm non numeratę dotalis pecunię appellamus [p], ſi quando ſponſus temerario & cęco amoris calore, eiúſq; vehementia præcipiti percitus dotẽ ſeſe accepiſſe ſcripſerit, quæ re tñ vera ei numerata nõ eſt. Extra cauſſam ergo mutui, & dotis, locum nõ habet exceptio. Cuius quidẽ pecuniæ non numeratæ exceptionis dies vſque ad quinquenniũ olim producebatur, ſed nos hodie eam ad bienniũ coarctauimus, ſecundum quod iam ſuperiore libro ſcriptũ eſt, dum de literarum obligationibus ageremus. Atq; huius biennij lapſus viam neceſſitati creditoris quæ in probatione eſt præcludit. Quoniã extra id tẽpus (vt dictũ eſt) ꝓbationis onus in debitorem reiicitur. Adeò vt neque iuſiurandũ creditori inuito offerre liceat [q]. Cæterùm debitori integrum eſt ſi viderit creditorem expectare finẽ huius tẽporis, perpetuã reddere hac exceptionem: vel denũciationibus creditori miſſis, vel adito iudice coram quo ꝓteſtetur nihil ſibi numeratũ [r] eſſe. Quod & ſi paratus ſit ꝓbare, quod excipiẽdo ꝓponit, perpetuam exceptionẽ habet. Poteſt & per

(Right margin, beside the lines beginning "fides ſtatim", "nem inſtruxeris", "numeratũ eſſe quod", "mus p, ſi quando", "offerre liceat":) 6 … 7 … 8 … 9 … 10

i Felyn. in c. ſi cautio, de fid. inſt.

lz cum fidem. C. de nõ nu. pec.

l l. generaliter, illo tit.

m l. actor quod aſſeuerat. C. de prob. & l. aſſentatio. C. de nõ nu. pec.

n l. in contractib⁹. §. ſuper cæteris. C. de nõ nu. pec.

o l. vlt. C. de apo. pu.

p auth. de temp. non ſol. pecu. ſup. do. collat. 7.

q l. in contractibus. §. i illo. C. de non nume. pec.

r l. in contractibus. §. in omni. ff. de non num. pec.

1 & per condictionem,ſuam cautionem vel ſingrapham petere,atq;
ita omnem agendi ſpem creditori eripere [f].

Prætereà debitor.

SEquitur & alia ſpecies huic ſimilis: Cũ creditore tuo Mæuio q̃ au
reos centũ mutuo tibi dederat pactus es, ne quod ei deberes pe-
teret.Pactũ hoc naturalem quidẽ obligationẽ non aliter atq; ſolu-
tio,aut acceptilatio [t] ipſo iure tollit,quia æquitatis vinculũ quo ſo
lo ſuſtinebatur,cõuẽtionis æquitate diſſoluitur, & nihil tam natu-
2 rale eſt,q̃ eodem genere,quódq; diſſolui quo colligatũ [v] eſt,conſe
quentérque nudi cõſenſus obligationem, cõtrario rurſus cõſenſu
ſummoueri.Manet tñ intereà ex mutuo ſtricti iuris obligatio,quæ
ſola pacti cõuentione minimè diſſolutio.Ideóq, ius agẽdi (rigida
quidẽ iuris ſeriẽ) adhuc Mæuio cõpetit. Verùm quoniã id bono &
æquo nõ conuenit,contráq; iura naturæ eſſe videtur, vt eorũ noĩe
quę quis ſemel dimiſerit,iterũ actiones poſteà ſint,támq; facilè li-
ceat à priore cõuẽtione diſcedere,ſuíſq; pactionibus aduerſari,nũc
3 remittẽdo,iterũ poſteà petẽdo, Exceptio pacti cõuẽti ꝓpoſita eſt,ꝑ
quã actoris intẽtionẽ in iudicio deductã ſummouere poſſis. Nã &
ſi nuda pactio,quę neq; in ꝓpriũ nomẽ cõtractus trãſiit,neq; cauſ-
ſam habeat qua ſubſiſtat,obligationẽ quæ ad actionẽ ſufficiat non
pariat,exceptionẽ tñ [x] parit: Licet quędã interdũ ſint actiones,quę
per pactũ ipſo iure omnimodo tollatur, vt iniuriarũ.Itẽ [y] furti, &
quæ ſimili modo pœnales ſunt, quas vt odioſas & moleſtas tolli
poſſe faciliùs cõceſſum eſt,quod & in oĩbus cõtractibus idẽ dicen-
4 dum erit,qui ſolo cõſenſu cõtrahũtur,ſi res adhuc integra ſit,vt cõ
uẽtione nuda actiones ex his deſcẽdẽtes extinguãtur [z]. Planè ſi nõ
tu,ſed ꝓcurator tuus cũ creditore pactus eſt,ne à te petatur,nõ pa-
cti cõuenti exceptio,de qua loquimur,ſed doli mali ꝓderit [a]. Pro-
ſunt tamen pacta huiuſmodi ne à ſe petatur, nõ ſolùm ei qui paci-
ſcitur, ſed & nonnunquam paciſcẽtis hæredi : vt ſi in rem pactum
ſit,hoc eſt,quoties cõuentũ eſt generaliter ne res petatur, non ſi in
perſonã tantũ,ne ſcilicet à pſona peti poſſit,quod nõ minus ex ver
bis q̃ ex mẽte contrahentium exiſtimandum [b] eſt. Nam plerũque
5 perſona pacto inſeritur,non vt perſonale pactum ſit, ſed vt demõ-
ſtretur cum quo pactum eſt factũ. Quod ſi ex altera parte in rem,
& ex altera in perſonam pactum conceptum ſit: veluti ne ego pe-
tam, vel ne à te petatur, & hæres meus à te,tuíſque, & ab hærede
tuo ego, meíque omnes petent [c].

f l.ſi quaſi C. de non num.pe.& l.iii.C. de poſtul.

t l.ſi un°.§. ſed ſi ſtipulatus.ff. de pact.

v l.nihil tã naturale. ff.de reg. iur.

x l.iuriſgẽtiũ.§.ſed cum nulla. ff. de pact.

y l. ſi tibi §. quædam eod.

z l.ab emptione,illo tit.

a l.reſcriptum.§.vl. illo tit.

b l.iuriſgẽtium.§. pactorum, eod.

c l. qui in futurum, eod.

Aequè ſi debitor.

SEd iam inſtitutum ex quo deflectere videmur proſequamur. Idẽ vt anteà conſtituendum erit, ſi debitor creditore deferente, vel eius procuratore (ſi modo vniuerſorum bonorũ adminiſtrationẽ ſuſtinet, aut idipſum nominatum ei mandatum ſit, vel ſi ſit procurator in rem [d] ſuam) iurauerit, nihil ſe dare oportere: vt ſi centum aureos tibi Sempronius deberet, à quo perere cœpiſti quod debebat, & quia ſe debere tibi quinque negaret, iuſiurandum ei detuliſti, vel etiam procuratori ſuo, defenſoríve qui ſe læti obtulit (Nam & iuſiurandum defenſoris, vel procuratoris rei ab aduerſario delatum prodeſt [e].) Iurauítque ſe nihil dare oportere, aut quum iurare paratus eſſet, iuſiurãdum ei remiſiſti, quod idem eſt: quum eadem vis ſit iuſiurandi præſtiti, atque remiſsi [f]. Is certè obligatio adhuc ſummo iure permanet, nihilominúſque ſalua eſt tibi conditio. Nam quemadmodum pactum, ita & iuſiurandum obligationem omnem ipſo iure non extinguit [g]. Sed quia iniquum & abſurdum eſt de periurio cuiuſque queri, quod ſanè fieret, ſi liberè & efficaciter eadem actio in iudicio repeti, & intendi poſſet: iuſiurandi exceptio quę tibi eſt obſtatura, Sempronio proponitur, per quam id ſolum quæri poterit, an ab eo iuratũ [h] ſit, remiſſa omni quęſtione an debeatur, adeò vt neq; doli admittatur replicatio [i]. Sed ſi non à te, ſed à iudice iuſiurandum delatũ eſſe diceretur, (quod ſæpè in dubiis cauſſas, pbationibus † aliis deficientibus fieri ſolet, vt ſecundũ eum iudicetur qui iurauerit [lz]) tum certè poſt iuſiurandum, etiam ex integro cauſſam agere tibi liberum eſſet, ſi noua inſtrumẽta inueniſſe te diceres, quibus nũc ſolus vſurus ſis [l]. 9

Quod idem etiam noſtra conſtitutione [m] voluimus, ſi pro legato, vel fideicõmiſſo, quum teſtamentum non appareret, iuſiurandum ab hærede delatum eſt, & eo præſtito manifeſtum poſteà fuit, nihil ei qui iurauit penitus fuiſſe relictum. Melius etenim nobis ſingulari quodam iure viſum eſt (quum & ſupremis voluntatibus alia multa indulſerimus) repeti ab eo legatum, vel fideicõmiſſum, nullúmque ei ex hoc periurio lucrũ accedere. Exceptione autẽ iuriſiurandi propoſita, defenditur quis non ſolùm aduerſus actionẽ iureiurãdo excluſam, ſed & aduerſus aliam quamlibet ſimilem, qua idem peti poſſit: quia per alteram actionem, altera quoque conſumitur [n]. Neque ei tantum qui iurauit, ſed & ei qui in locum eius ſucceſſit 10

† De eo iureiurando quomodo id hodie à iudice interponatur. Vide quæ ante diximus in §. item ſi quis poſtulante.

d l. iuſiurãdum quod ex conuentione. §. vl. ff. de iureiurand.

e l. nã poſteà, illo tit.

f d. l. nam poſteà. §. i.

g l. Stichũ. §. naturalis ff. de ſolut.

h l. nõ erit §. dato. ff. de iureiur.

i l. aduerſus. ff. de excep.

lz l. admonendi. ff. de iureiur. & l. i bonæ fidei. C. illo tit.

l d. l. admonendi.

m l. vlt. C. de reb. cre.

n l. duobus §. exceptio ff. de iureiurand.

1 ſucceſſit, & ſi in rem ſucceſſerit [o] prædeſt, ſi cõtra bonos mores
legúmve conſtitutiones minimè iuratum [p] ſit. Enimuerò quæ de
iuriſiurandi exceptione docuimus, ea tam in actionibus in perſo-
ſonam, (de quibus ſolũmodo diximus) q̃ etiã in actionibus in rem
intelligenda ſunt, in quibus nõ minus neceſſaria eſt hęc exceptio.
Quinimò quancunque actione quis conueniatur in rem, aut in
perſonã, ſiue pœnali actione agatur, ſiue de interdicto, & ſi de con
ditione perſonæ fuerit iuratum, iuſiurandum hoc Prætor [q] tuebi-
2 tur. Rem tuam igitur Mæuius quum detineret, quam ab eo vendi-
cabas, ſuámque eſſe affirmaret, iuſiurandum ei detuliſti, & iurauit
ſe eſſe rei illius dominum: ſi deinde quum rem eandem vẽdicares,
quãuis adhuc tibi competat actio (quum neque pacto, neque iure-
iurando extinguitur dominum) quoniam tamen, vt anteà de per-
iurio quæri non decet, & iniquum foret contra iuſiurandum poſ-
ſeſſorem con demnari, iuriſiurandi obſtabit exceptio. Atque adeò
ſi poſſeſsionem poſteà amiſerit, ex hoc iureiurãdo quod affirmati-
3 uè conceptum eſt, actionem habet. Quod ſi negatiuè conceptum
eſſet, rem petitoris, videlicet non eſſe: quandiu quidem poſſideret
prodeſſet aduerſus eum qui iurauit exceptio, ſed poſſeſsione amiſ-
ſa nulla erit actio [r].

o l. ait prætor. cum l. ſeq. illo tit.

p l. non dubium. C. de leg, & l. adigere. ff. de iur. pat.

q l. ii. §. quacunque, de iureiur. ff.

r l. ſed & ſi poſſeſſori. ff. illo tit.

Item ſi i iudicio.

NOn minorem autem vim, effectúmque ad excludendam acto-
ris intentionem exceptio rei iudicatę habet, de qua nunc quo-
que dicendum venit. Si tecum igitur in iudicio quacunque actio-
4 ne ſiue in rem, ſiue in perſonam, actum fuerit, & ſecundum te pro-
nunciatum ſit, obligatio quæ anteà naturalis erat, nihilominus du
rat [ſ]: quoniam res iudicata quæ ciuilis eſt, ſolam ciuilem obliga-
tionem tollit. (Ciuilis etenim ratio ciuilia quidem iura corrumpe-
re poteſt, naturalia verò non vtique [t].) Et ideo poſteà aduerſus te
de eadem re (ſubtilitate certè iuris) iterum agi poteſt, ſed per rei iu-
dicatæ exceptionẽ adiuuari te æquiùs viſum eſt. Nam ſingulis con
trouerſis, ſingulas actiones, vnúmq; iudicati finem ſufficere pro-
5 babili ratione placuit: ne alioqui multiplicatus in immenſum litiũ
numerus difficultatem ſummam atq; inextricabilem faciat, maxi-
mè ſi diuerſa pronunciarentur [v]. Quod tamen ita temperandum
eſt, ſi idem corpus, eadem cauſſa petendi, eadémque conditio per-
ſonarũ ſit, quæ niſi omnia concurrant, locũ non habet exceptio [x].
Idem corpus intelligimus, cum res eadem, quantitáſve, vel idẽ ius

ſ l. Iulian. verũ debitorẽ. ff. de iureiur.

t §. vlt. ſupra de legit. agn. tut.

v l. ſingulis ff. de exce. rei iud.

x l. cũ quæritur. cũ ll. ſeq. illo tit

petitur,quod iam petitum [y] eſt:vt ſi res ſingulas hęreditatis petie- 6
ris, & hæreditatem poſteà petas [z], aut ſi tota re petita, pars eiuſ-
dem poſteà petatur [a]. Idem verò corpus non omni priſtina quali-
tate vel quantitate nulla adiectione diminutionéve facta, ſed pin-
guius pro communi vtilitate accipimus [b]. Vnde ei qui gregem pe
tiit,& vel aucto vel diminuto gregis numero iterum eundem gre-
gem petit,obſtat exceptio [c]. Eodē modo qui lācem petiit,nec ob-
tinuit,ſi poſteà ſcyphum ex ea conflatum petat,non audietur:quia 7
quanuis qualitas mutata ſit,manet tamen idem corpus,niſi per ac-
ceſſionem nouæ qualitatis, alia iam reluceret forma,aut materia:
vt ſi ex vuis expreſſum ſit vinum, nam non idem corpus manet [d]:
ideo ei non obſtabit exceptio,qui vinum petit, & ſi vuas anteà fru
ſtra petierit.De eadem re etiam agere is videtur,qui non eadem a-
ctione agit qua ab initio agebat, ſed alio genere iudicij, nouáque
actione experitur,de eadem re [e] tamē. Denique qui rem petiit,&
ſuccubuit, neque partum, neque fructus qui tum in rebus huma- 8
nis erant, poſteà rectè petet [f]. Eandem autem cauſſam ex petitio-
nis origine interpretamur, vt ei qui in rem egiſſet, nec tenuiſſet,
condicenti poſteà rei iudicatę exceptio nō obſtet [g]: Aut ſi quis in-
terdicto egerit de poſſeſſione, in rem poſteà agens non repellatur
per exceptionem: quoniam in interdicto poſſeſſio, in actione ve-
rò hac ꝓprietas vertitur [h]. Idem erit ſi fortè petiero fundum,vel
hominē,& mox alia noua cauſſa poſt petitionem mihi acceſſerit [i].
Aut ſi quis in reali iudicio abſolutus ſit tantùm, quia non poſſi-
debat, nec dolo deſierit poſſidere:Nam ſi poſteà,quia poſſidet con
ueniri cœperit, ei non proderit exceptio [lz]. Cæterùm id in omni- 9
bus perſonalibus actionibus ſciendum eſt, quod quantumuis ge-
neralis fuerit prima petitio, atque etiam ſententia,ad ea tamen ta
citè pertinere tantùm intelligitur, de quibus fuerit nominatim &
ſpecialiter actum. Nempe ſi tutelæ actionem intenderis, quæ ge-
neralis eſt, & deinde non niſi de re vna aliqua aut ſpecie egeris,
quanquam generali quidem ſententia tutor fuerit abſolutus,de re
tamen alia, aut ſpecie de qua actum aut tractatum non eſt, agere 10
non prohiberis, reíque iudicatæ exceptioni ſi obiiciatur, doli ob-
ſtabit replicatio [l]. Idem dicendum erit ſi deberi tibi aliquid dixe-
ris, ídque ex vna tantum cauſſa perſequutus ſis, vt ex alia cauſ-
ſa poſteà petere poſſis. In his ſi quidem perſonalibus iudiciis,
ſingulas obligationes ſingulæ cauſſæ ſequuntur, nec vlla earum
alterius

y d.l.cum quæritur.
z l.iii.illo tit.
a l.ſi quis cum totum eod.
b l. & an eadē,eod.
c l.ſi cum argentum. §.i.illo tit.
d l.idem Pompo.§. idem ſcribit .ff. de rei vend.
e l.de eadē ff.de exc. rei iud.
f d.l.ſi quis cum totū.
g l.vl.illo tit.
h d.l.& an eandem.§. ſi quis interdicto.
i d.l.ſi mater.§. eadē
lz l.ſi à te. & l.ſi rem meam, illo tit.
l l.ii.C.de iud.

1 alterius petitione vitiatur [m]. Quod in actionibus in rem aliud prorſus eſt, in quibus ſi fuerit ſemel edita generalis petitio, actori neutiquam, vt in prioribus actionibus prodeſſe poterit, vnã tantùm cauſſam in iudicio poſteà deduxiſſe. Nam aut re vera ex ea ipſa cauſſa quæ in iudicium nominatim, & ſpecialiter deducta eſt, actor dominus fuit, & tum ex alia cauſſa fruſtra experiri conatur, quum vna petitione omnes cauſſæ quas eo tempore haberet, apprehendantur. Neque enim amplius quam ſe-
2 mel res alicuius eſſe poteſt, licet tamen ſæpiùs deberi poſſit [n]. Aut ex ea cauſſa dominus non erat, & merito ei imputabitur, cur generali petitione propoſita, veram cauſſam non fuerit perſequutus. Omne etenim dominium vndecunque & qualecunque acquiſitum habuerit, vendicatione prima videtur deduxiſſe. Neque ſicut acquiſitum poſteà dominium, ita mutata aut falſa petitoris opinio aliam cauſſam facit, aut nouam petitionem parit [o]. Poſtremò eadem conditio perſonarum eſt, quando inter
3 eaſdem perſonas cum quibus anteà iudicium conſtitutum eſt, lis iterum repetitur, hócque iure vtimur, vt ex parte actoris hæ perſonæ in rei iudicatæ exceptione contineantur, quæ rem in iudicium deducere ſolent [p]: ſiue procurator, ſit cui mandatum eſt, ſiue tutor, vel curator, vel actor municipij. Ex perſona autem rei defenſor qui ſe liti vltro ingeſſit enumerabitur, ſi dominus id ratum habeat [q]. Nocet & rei iudicatæ exceptio ei qui in dominium ſucceſſit eius qui in iudicio expertus eſt [r], qui
4 eodem iure ab illo quæſito nititur. A perſonáque authoris ad emptorem tranſit, retro autem ab emptore ad authorem minimè [ſ]. Iudicatæ quidem rei exceptio cohæredi, qui non litigauit, obſtare non poteſt [t]. Nam & ſi eadem quæſtio in omnibus iudiciis vertitur, perſonarum tamen mutatiò cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit [v]: niſi vna eadémque cauſſa defenſionis inter eos omnes fuerit, quibus inſolidum competebat actio. Ea nanque res facit, vt vnius victo-
5 ria alteri quoque proſit [x], licet vnius condemnatio alteri non noceat [y]. Sed & ſententia inter alíos dicta aliis quibuſdam ſcientibus obeſſe poteſt, vbi ſcilicet quis de ea re cuius actio vel defenſio primùm ſibi competit, ſequentem agere patiatur, veluti ſi debitor experiri paſſus ſit creditorem de proprietate pignoris, quem ꝓhibere, quominus ꝓpria actione aut defenſione vteretur potuit.

m d.l. & an eandem. §. actiones.

n d. §. actiones. l. & an eandem. & l. ſi mater. §. denique, eod.

o d.l. ſi mater. §. eod.

p l. 4. eod.

q l. ſi mater. §. hoc iure illo ti.

r l. exceptio. ff. eo.

ſ l. ſi à te. §. Iulianus eodem.

t l. ſi mater §. vl. illo ti.

v l. ſi cum vno, eod.

x l. loci cor pus §. ſi fũdus. ff. ſi ſer. vend.

y l. demũ. §. quæritur ff. ad l. Iul. de adul.

z l.ſæpe Nam per cōdemnationem debitoris excidit iure ſuæ hipothecæ z. 6
ff. de re iu. Idem ſi maritus ſocerum, vel vxorem de proprietate rei in dotem
acceptæ, aut poſſeſſor venditorem de proprietate rei emptæ age-
re paſſus quoque fuerit, quia voluntate eius de iure quòd ex perſo-
a d.l.ſæpe. na agentis habuit, iudicatum a eſt.

Hęc ex empli cauſſa.

Verùm hactenus exempla hæc ex quibus exceptiones naſcātur 7
enumeraſſe ſufficiat, per quas id quod in actoris intentionem
deductum eſt, excludimus, & nos à condēnatione eximimus.
Sunt & aliæ multæ cauſſæ quæ exceptiones producant, quæ quàm
variæ admittantur, quámq; neceſſariæ ſint, ex latioribus digeſtorū
b l.vlti.C. ſeu Pandectarum libris plenius perfectiúſque intelligi poteſt. Illic
de excep. enim pleraſque exceptiones videre licet à legibus introductas, ve-
luti fori præſcriptiones, quas in initio à litigatoribus opponendas
c l.ſed & Iulianus.§. eſſe legum decreuit authoritas b. Etenim in primis id ei curandū
mutui .ff. eſt, qui ad alienam iuriſdictionem vocatur, vt controuerſiā ad pro- 8
ad ſe.Mac. prium forum reuocet. Nam ſi id prætermiſerit, ad id poſteà regre-
d i.i.ff. ad dendi locus nullus patet. Nonnullæ etiam illic exceptiones ſunt
ſen.Mac. ex iis quæ legis vicem obtinent, nempe ſenatuſconſultis inuentæ:
cuiuſmodi ſunt exceptiones Macedoniani, aut Velleiani, quarum
e l.i.§.vlt. illa in odium creditorum mutuam pecuniā, aliúdve quod mutuo
illo tit. dari c poteſt, filiisfamilias fenerantium cōſtituta d eſt, adeò vt ne-
f Authen. que in filiofamilias dignitas aliquid faciat, quominus ſenatuſcon-
conſt.quæ ſulto locus ſit, niſi fortè Caſtrenſæ peculium habeat e, aut talis ſit
pig.§.nunc aūt, coll.6. dignitas, quàm nos filiumfamilias ſui iuris efficere conſtituimus f.
Cauſſa etiam ſtudiorum excepta ſi probabilem modum in mutua 9
g l.ſed & pecunia filiusfamilias non exceſſit g, aut ſi in rem patris pecunia
Iulianus.§. accepta verſa eſt, quoniam tum patri, non ſibi accipit h. Quod ſi
proinde.ff. eod. nō oppoſita hac exceptione condēnatus ſit filiusfamilias, ea poſt-
eà vti non prohibebitur, exemplo mulieris intercedentis i. Hæc
h d.§.pro- autem ſenatuſconſulti Velleiani exceptio fauore mulierū, propter
inde. ſexus imbecillitatem facilè pro aliis intercedētium ne pro aliis reæ
i l.tamē ſi, quoquomodo fierent, prouidentia ampliſsimi ordinis interpoſita 10
illo tit. quoque fuit lz. Niſi ſanè rem ſuam gerant: ſiquidem interdum ac-
cidit, vt prima quidem facie alienam, re vera tamen ſuam obliga-
lz l.ii.ad ſen.Velle. tionem ſuſcipiant: vt ſi pro fideiuſſore intercedāt, aut hęreditatem
emant, & æs alienum in ſe trāſcribant, quod minimè facere vetā-
l l.aliquando. illo tit. tur l. Oneribus enim tantum mulierum ſenatuſcōſultum ſuccur-
ſum eſſe

1 ſum eſſe voluit [m]. Vnde ſi mulier & Titius in rem cōmunem mu
tuentur, eiuſdem pecuniæ rei fiunt, atque pro parte ſocij videbun-
tur interceſſiſſe, ſi ob eam cauſſam mutuati fue
rint, ex qua ſi creditor pecuniam non dediſſet,
maius damnum mulier paſſura erat [n]. Bona
item fide perſonam mulieris in cōtrahendo ſe-
quutus, ob ea quæ inter virum & vxorem ac-
cepta pecunia geſta ſunt, exceptione ſenatuſ-
2 conſulti non eſt † ſummouendus [o]. Verùm
alioqui generaliter intercedere mulier, neque
pro filio † etiam poteſt [p]. Neque fideiuſſor in
eam rem acceptus tenebitur: quia totam eā o-
bligationē: ſenatuſconſultum improbat, & à
Prętore reſtituitur prior debitor creditori [q]. Itē
aliquę aliæ principum placitis, ſeu conſtitutio-
3 nibus inſtitutę cōperiuntur, qualis eſt exceptio
diuiſionis, qua plures fideiuſſores ſeſe tuentur,
ne inſolidum teneantur, ſed pro parte quiſque
liberetur: niſi aliter conuentū eſſet [r], & id qui-
quidem ex Adriani conſtitutione, quod idē in
pluribus correis noſtra poſteà conſtitutione [ſ]
introductū eſt. Quod ſi ex iis pluribus qui ean-
dem obligationem inſolidū æquè ſuſceperunt,
4 vnus tantum ſit qui commodum ſenſerit, cu-
iúsve ſolius res geſta fuerit, poſſunt cæteri ſi conueniantur excipe
re, vt eorū periculo ille pr is excutiatur [t]. Aliæ denique ex ipſius
Prætoris iuriſdictione cōpoſitæ ſunt, veluti doli mali metúsve ex-
ceptiones de quibus iam anteà diximus.

† Id areſto comprobatum eſt 23. die Nouēbris. 1544. quum ſententia præfecti Pariſienſis, mulier quæ inſolidū pecuniam ſimul cum uiro ad redituum annum accepiſſet, inſolidū poſt uiri mortem condamnata fuiſſet, & prouocaſſet, quoniā rectè indicatū eſſe pronūciatū fuit.

† In contrarium ſumma curia pronunciauit, die 25. Nouēb. 1545. de matre quæ pro filio clerico merces accipienti interceſſerat. Nā nulla diplomatis regij ratione habita, quo reſciſſa erat interceſſio, inſolidum mulier condemnata fuit, idq; ideo (ut cōiicere licet) quoniam in communem utilitatē merces conuerſas fuiſſe ea confeſſa fuerat.

m l. ſi pro aliquo, eo.

n l. vir vxori. §. ſi mutuo. ff. ad Velleia.

o l. bona fide, eod.

p l. ſi cum ipſe. C. eo.

q l. ſi mulier. 3. ff. illo tit.

r l. 1. ſi certe. & auth. præſente. C. de fideiuſſorib.

ſ in auth. hoc ita. C. de duo. re.

t Paul. de Caſtr. in l. vnde quæritur. ff. cō mod. & l. hinc quæritur. ff. de pecul.

Appellantur autem.

POrrò omniū exceptionum aliæ ſunt perpetuæ, & aliæ tēpora-
les, hoc eſt, quædam ſunt peremptorię, & quędam dilatorię: vt
veriùs exprimamus intelligamúſque, hic non de tempore & vitâ
5 exceptionum agere nos, ſed de earū vi & effectu. Perpetuæ enim
ſeu perēptoriæ ſunt, quæ ſemper agentibus obſunt, ſempérque lo-
cum habent, nec euitari poſſunt, & ſemper rem de qua agitur, hoc
eſt, cauſſam principalem periment qualis eſt doli mali exceptio,

quod metus cauſſa factum eſt, pacti conuenti perpetui ne omnino 6
pecunia petatur, rei iudicatę, iuſiurandi, & ſi quid contra leges, ſe-
natuſconſulta, principum placita, edicta Prætorum factum eſſe di
cetur, de quibus dictum eſt. Semper enim vires actionis reſoluunt
exceptiones huiuſmodi, neque tempore aliquo pręfiniuntur, ſi mo
do antequam ſententia feratur, oppoſitæ ſunt [v]: Quanuis interdū
etiam poſt ſententiam proponi poſsint, veluti à minore, cui per in 7
integrum reſtitutionem facilè id conceditur [x]: & à milite, propter
ſimplicitatē armatæ militę [y]: exceptiones item Macedoniani ſe-
natuſconſulti, & Velleiani, quæ poſt ſententiam obiici poſſunt [z].
Verùm exceptio ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt, &
ſi poſt eam iudicatam maneat, quia tamen obligationem non pe-
rimit, ſed ſolidā & integrā exactionem ad melioris fortunæ [a] tē-
pus (quam quiſq; dum viuit ſperare poteſt) differt [b], magis videtur
dilatoria, quàm perpetua. Idē & de exceptione excuſſionis dicen-
dum eſt, qua fideiuſſores, mandatores, ſponſoréſve adiuuantur, ne 8
ad res ſuas anteà creditores venire poſſint, quàm debitorum bona
excuſſerint, vt quod inde minimè cōſequi potuerint, id ab iis per-
ſonis creditores ipſi ceſſis actionibus cōſequātur [c]. Ad hæc falſi
procuratoris exceptio ſimili modo poſt ſententiam durat [d]. Et
denique quoties cōtrouerſia dici non ſolet, neque iudiciū, vt quia
ab incompetenti iudice pronunciatum eſſe dicitur, aut quia vena-
lis ſit ſententia [e], vel ex falſis teſtibus aut inſtrumentis iudicata [f],
tūc poſt rem etiam iudicatam exceptiones defenſionéſve perem-
ptorię ſaluę ſūt. Licet interim rei iudicatę minimè impediatur exe 9
quutio, niſi aut vehemēs falſi fuerit ſuſpicio, aut illius in promptu
probatio [g]. Tēporales autem & dilatorię ſunt, quę ad certum tem
pus nocēt, & temporis dilationem tribuunt: qualis eſt temporarij
pacti conuenti exceptio, cum ſcilicet conuenit, ne vſque ad certum
tempus peti poſſit, veluti intra quinquennium: nam eo finito tē-
pore, nō prohibetur actor rē exequi. Sed ſi anteà agere velit, obii-
cietur pacti conuenti exceptio, aliáve ſimilis, ſi res ipſa, vel locus
adiectus, dilationem ſine conuentione tacitè tribuat: vt ſi quod in 10
vtero eſt, aut fructus futuros, vel domū fieri promiſſum ſit, aut etiā
Carthagine dari cùm Romæ eſſes: quia non anteà incipit actio,
quam per rerum naturam præſtari poteſt [h]. Differenda igitur e-
rit actio, vt poſt tempus agatur, vnde dilatorię exceptiones appel-
latæ ſint, quod rem ipſam differant. Quæ ſanè volente demū ad-
uerſario,

v l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ.

x d. l. perēptorias.

y l. 1. C. de iur. & fac. ign.

z l. tamē ſi. ff. ad ſen. Maced.

a l. ſi defunctus. C. arbi. tut.

b l. ne ſennius. ff. de re iud.

c auth. præſente. C. de fideiuſſo.

d l. licet. C de procu.

e l. venales C. quando pro. non eſt nec.

f l. vlt. C. ſi ex fal. & l. qui agnitis ff. de exce.

g l. ſatis apertè. C. ad l. Cor. de fal.

h l. interdū ff. de verb. oblig.

6 uerſario agere (vt diximus) opponendæ ſunt, hoc eſt, ante litis conteſtationem, iudicio minimè ſuſcepto, quo quidem tẽpore magis agere velle, quàm re vera agere dicimur i. Cæterùm poſt litem cõteſtatam reus ſuç defenſionis negligentior, inuito actore dilatorias ſuas exceptiones proponere non poteſt, ſaltem vt iminẽtem præſentis iudicij condemnationem effugiat. Nam poſt litem cõteſtatam opponere quidem non prohibebitur, ſed nihilominus interim condemnabitur, vt cum tempus venerit ſoluat. Enimuerò

i l. amplius nõ peti. ff. rẽ rat. hab.

7 qui intra tempora olim agebant, & quibus oppoſita erat exceptio, nihil eo iudicio, neque poſteà quidquam cõſequebantur. Nam intra tempora exceptione ſummouebãtur, & ſi poſt tempora iterum egiſſent, rei iam iudicatç exceptio illis oberat. Quoniã in vniuerſum ita conſtitutum erat, vt qui exceptionem dilatoriam efficacẽ ſemel oppoſuiſſet, hoc eſt, actorem à iudicio repuliſſet, peremptoriam ſibi exceptionem acquireret. Qua ratione hũc in modũ cauſſa cadebat, totámque rem amittebat, ídque ex lege xij. tab. qua bis
8 agebatur: priorem nanque actionem reus dilatoria exceptione, (cuius pecuniæ [lz] dies non fuiſſet) quæ à Prætore poſtulabatur, ad tempus ſoluendæ pecuniæ ſummouebat, & vbi hoc tempus veniſſet, alteram actionem perimebat, exceptione prioris iudicij.

lz Cic. lib 1. de Orat.

Hodie autem.

HOdie autem ne tam iniquè huic ſubtilitati locus eſſet, non ita ſtrictè hîc procedere voluimus, ſed ita cõſtituimus, vt qui poſt
9 quinquennium dare ſtipulatus eſt, aut qui mutuum dedit, & pactum deinde cum debitore fecerit, ne intra quinque annos id ab eo peteret, aut ſi tacita ſit dilatio ex natura rei promiſſæ, vel ex loco adiecto, & ante quinquennium ſtipulationi inſertum, aut ante tempus tacitè intellectum petitum ſit, tum Zenonianæ conſtitutioni (quam de iis qui plus tempore peterent zeno edidit) locus eſſet. Qua ita cautum eſt, vt qui tale aliquid deliquit, & ante triennium fortè quàm tempus conuentum exiret egerit pactúmque induciarum (vt verba Caſtrenſia ad forum trans-
10 feramus) quo inducias actor ſponte indulſerit, ne interim reum laceſſeret, minimè ſeruauerit, nihil conſequatur: ſed aduerſus eum præſcriptæ induciæ duplicentur, & ipſe ſexennium expectare cogatur. Poſt quod peractum ſexennium ſi agere volet, non aliter litem ſuſcipiat, niſi omnes expenſas, & ſumptus

litis anteà reſtituat, hoc modo enim actores tali pœna perterriti, 6
& prudentiores facti, inducias quas ipſi dederint, non tam facilè
contemnent.

Præter-eà etiã.

QVemadmodum autem dilatorias quaſdam exceptiones eſſe
oſtendimus, quæ ex re ipſa, vel obligatione naſcũtur, ita &
quędã aliæ ſunt dilatorię, & exordiales, quæ ex pſona producũtur:
cuiuſmodi ſunt procuratorię exceptiones, quæ ex perſona procu-
ratoris cõpetunt, quæque ipſum iudicem remorantur & differunt, 7
non quidem ad vllum certum tempus, ſed donec actor mutauerit
incommodum quod ei obiicitur. Nam qui non licere procurato-
rio nomine agere obiicit perſonam tantum euitat [l], veluti ſi quis
per militem, aut fœminã agere velit, exceptione certè ſummoue-
bitur. Milites enim quum ſe totos armorum ſtudio, & exercitio da
re debeant, neque ſi velint procuratores dari poſſunt, ne pro patre
quidem, aut matre, neque pro vxore, aut filio: quanuis ſacrum re-
ſcriptum habeant, quia diſciplina caſtorum omni pietate parentũ 8
liberorúmque charitate antiquior fuit [m]. Imò neque hi aliena ne-
gocia procurare extra iudicium poſſunt [n]. Veteranos tamen mi-
litia miſſos, procuratores dari poſſe non eſt dubium [o], militéſque
ipſos qui ſtipẽdia merent, ſi de cauſſa ſtatus quæſtio vertitur: Nam
ea digna viſa eſt, cur miles ſigna deſereret, ſuis neceſſariis opem la
turus, præſertim cum in hac re periculum ipſum quoque militem
tangat [p]. Mulieres itidem ob ſexus imbecillitatem, animíque in-
conſtantiam, procuratores exiſtere non permittuntur: cum id mu
nus ciuile ſit, ab hoc ſexu ademptum [q], & ab omni numere iudi- 9
ciali mulieres arceãtur, pcipuæque procuratorio, ne virilibus of-
ciis fungãtur. Nam alienam defenſionem ſuſcipere virile munus [r]
eſt. Ne prætextu etiã litis impudenter, & contra congruentem ſe-
xus verecũdiam in cœtus virorũ irruant [ſ]: ſicuti calphurnia im-
probiſsima fœmina olim feciſſe dicitur, quæ cõtra ſexus pudiciam
inuerecundæ poſtulans, & magiſtratum inquietans, origo fuit, vt
quas naturæ conditio, & verecundiæ ſtola non detineret, Prętoris
edictum compeſceret, ne poſtea fœminæ poſtularent, vel pro aliis 10
in iure patrocinium ſuſtinerent [t]. Vſus enim procuratoris, & ſi in
hoc perquam neceſſarius eſſe cœpit, vt qui ob morbum, ætatẽ, ne-
ceſſariã peregrinationẽ, aliámve cauſſam rebus ſuis ipſi adeſſe, vel
nolũt, vel nõ valent: ſaltem per alios, vel agere, vel litem ſuſcipere
poſſint:

l l.ii.§.vl. de excep.

m l.poſtliminium.§. filius.ff. de capt.

n l.ſi militem.C.de cond.ob cauſſam.

o l.filiuſfamilias.§.veterani.ff. de procur.

p l.3 §.militi.ff. de lib.cauſſa.

q l.fœminæ.ff.de regul.iur.

r l.alienã. C.de proc.

ſ l.maritus C.illo tit.

t l.i.§.ſecũdo loco.ff. de poſt.

1 poſsint [v]: huic tamen functioni mulieres parum aptè exiſtimatæ ſunt, cum ob mandatum quod ſuſtinere nõ poſſunt, tum ob ſatiſdationes quibus cauere minus permittitur. Fit tamen vt pro parentibus, vel morbo, vel ætate impeditis, ſi idoneũ alium procuratorem non habeant, ceu neceſſariæ perſonæ [x] admittantur, quũ propter penuriam eorum qui idonei ſunt, cõſtitutio iuris ad aliquid infringatur, meliúſque ſit regulam iuris tranſgredi, quam defenſionem impediri [y], nec ſi in rem ſuam, & ad priuatum cõmodum mandatas habeant actiones à iudicio repellutur [z]. Suis etenim negociis
2 tam mulier, quàm etiam miles, inoffenſa diſciplina ſupereſſe poſſunt. Atq; adeò miles ipſæ non tantũ ſuis, ſed & ſui numeri cauſſis intereſſe [a] poteſt quum propriè cauſſæ hæ videantur, quæ nobis cum aliis cõmunes ſunt [b]. Porrò exceptio hæc ꝓcuratoria duplex eſt, altera enim procuratorem aliquem eſſe non poſſe dicimus, altera non eſſe omnino cõtendimus. Harum prior ex quatuor potiſſimum cauſſis oritur: Prima eſt cuius iam hic meminimus, ex capi-
3 te & perſona eius qui ꝓcurator datus eſt, vt ſi detur miles, mulier, infans, furioſus, prodigus, ſeruus, ſurdus, mutus, & aliæ eiuſmodi perſonæ [c]. Secunda cauſſa eſt ex ꝑſona eius qui procuratorẽ dedit, vt ſi à pupillo, vel minore, aliſúve ꝑſonis ſimilibus, ſine tutore, aut curatore procurator conſtitutus [d] ſit, aut quia mandatum à domino reuocatum † eſſe dicatur [e]. Tertia eſt cõditione & na
4 tura litis, quę procuratorem non admittet, vt ſi cauſſa ſtatus [f] ſit, vel populare [g], aut criminale [h] iudiciũ. Minoribus tamẽ ſingulari quodã iure conceſſum eſt, vt eis agentibus, pulſatíſve in criminalibus cauſſis, curatores vel tutores omnino adſint: ne ex ſua imperitia, vel iuueni-
5 li calore, imprudẽter aliquid aut dicant, aut taceant, quod aut non dictum, vel expreſſum vtilius illis futurum † [i] erat. Quarta ex modo & forma conſtituendi, vt ſi ſolum mandato generali procurator niteretur, cum ſpeciali opus eſſet [lz]. Alterius generis procuratoria ex-

† Ea reuocatio cuilibet permiſſa ſieſt, ante litis cõteſtationẽ fiat: poſteà autẽ non aliter, niſi uel aduerſario, uel iudici denũcietur. ut ſcribit Felyn. in. c. ex parte. extra de reſc. Hodie autem præterea neceſſarium eſt, ut alter procurator loco reuocati detur eiúſque nomen aduerſario declaretur, ne alioqui acta cum priore uires obtineant.

† Ad accuſatum defendendum, foríque exceptionem in ea cauſſa tantummodo obiiciendã hodie nullo modo admittitur procurator, quantumuis ſpeciale mandatum proferat, nec ſi iuſtã eius abſentiam excuſet. Nam nihilominus iudex in eũ edictũ decernit, diem tamen indulget, intra quẽ ſi abſentiæ cauſſa uera eſſe doceatur, edictum id circunducitur.

v l.i.§. v-ſus.ff. de procur.

x l.fœmininis.ff. de procur.

y l. vt gradatim.§.i. ff.de mun. & hon.

z l.quia abſente.C.de procur.

a l.filiusfamilias.§. veterani. ff.de proc.

b l.ii.§.penul.ff.quãdo appel. ſit.

c l.damus §.vlti. & .l. ſequẽ.ff.de priuil. cre.

d l.neqne tutoré.C. de procur.

e l.mandatũ.C.mãd.

f l. ſeruũ. §.eam.ff. de procur.

g l.iii.ff. illo tit.

h l.pen.§. ad crimen. ff. de pub. iud.

i l.clarũ.ff. de aut. ꝑſt.

lz l.illud.§ i.& ilic ac cur.ff.de minor.

ceptio locum habet, ſi mandatum à domino procuratorem non l 6
habere † obiiciatur. Quæ à ſuperiore ĩ hoc differt, quod illa inter exordia litis nondũ lite conteſtata ꝓponi debet, neq; aliter ſi omittatur ꝓfutura eſt: hæc verò ꝑpetuò opponi poteſt, quũ ſi quis ꝓcurator nõ ſit, iudiciũ non eſſe conſtet. Nõ tantũ verò ex perſona ꝓcuratoris dilatoria exceptio proficiſcitur, ſed & perſona actoris, ſi agere ꝓhibeatur: vt ſeruus, pupillus, & minor, 7
aliæque eiuſmodi perſonæ. Aut etiam ſi agere quis nõ vetetur, ſed litem ideo proſequi impediatur, quia minimè aut iudicatum † ſolui, aut iudicium peragi ſatiſdederit. Itémque ex perſona iudicis, quem cõpetentẽ nõ eſſe dicimus: in qua quidẽ ſpecie exceptio qua fori præſcriptionem appellamus, ſtatim in ipſo limine iudicij 8
obiici debet, priuſquàm aliquid agamus, quo iuriſdictionem iudicis prorogaſſe, vel approbaſſe videamur m. Eſt & ex perſona iudicis exceptio, quę recuſandi † illius gratia opponitur, quoties iuſta ſuſpitionis cauſſa aduerſus eũ deducitur n. Planè hæ ſunt exceptiones quas anteà præſcriptiones, ſeu trãſlationes propriè vo- 9
cari dicebamus: quum ex tranſlatione controuerſia naſcitur, & vel tempus differendum, aut accuſatorẽ, iudicẽmve mutandũ reus cõtendit.

l ĩter quos §.alieno. ff. de dam. infec.

m ſi quis ex aliena. ff. de iud.

n L.vlt.& L.pertiſsimi.C. de iud. cap. iudex. de off. deleg. & c. cũ ſpeciali, de appel.

† *Ioan. Imber. lib. Inſti. ſuarum forenſ. 1. quum de ſatiſdatione tractat, apud inferiora regia tribunalia uſum ita inualuiſſe dicit, ut etiam ſine mandato procurator admittatur, iuſſus à iudice intra certum diem mandatum, aut ratihabitionẽ domini oſtendere: cui ſi non paruerit ex eo die quo ſeſe obtulit, edictum in dominum ueluti in abſentẽ decernitur.*

† *His ſatiſdationibus hodie non utimur. uide Io. Fab. in. §. 2. ſupra de ſatiſd. Verũ Franciſci cõſt. uterque litigantiũ iubetur in ipſo iudicij limine domicilium ſibi eo loci quo lis pendet conſtituere, uel iam conſtitutum declarare, ne alioqui qui id facere contempſerit, petitione exceptionéue ſummoueatur, & cauſſa cadat.*

† *De hac recuſatione iure cæſareo & põtificio uariè cõſtitutum eſt, & noſtris tandem regis cõſtitutionibus ita cautum: ut ſi recuſationis cauſſæ (quæ apud iudicẽ ipſum qui recuſatur proponendæ utroque ſemper iure fuerunt) tales ſint quæ minimè admitti debeãt, iudex ipſe recuſatus eas admittendas nõ eſſe pronũciare debeat. Quod ſi ab eo appelletur, cauſſæ tũ cognitioni (nõ aliter) ſuperſedere debet: quæ ad eũ qui abſentẽ ſe pro tribunali ſedere ſolet tranſit. Verũ ſi recuſationis cauſſæ legitimæ cõperiantur, is qui uicẽ eius gerit de ueritate cognoſcet, una tãtũ recuſanti dilatione cõceſſa, intra quã de reiectionis ſuæ cauſſis doceat. Variæque mulctæ temere aut recuſantibus, aut appellantibus Frãciſci cõſtitutione decretæ ſunt.*

Eas verò exceptiones.

SEd vt ad procuratoriã exceptionem redeamus, illud minimè prætermittendum eſt, tantam olim maioribus noſtris fuiſſe iudiciorum 10
curam, ac ſollicitudinẽ, ne aliqua ex parte cul-

1 pata præhendi conſpicíue poſſent: vt ignominia vel nominis infamia notatis; neque procuratorem dare, neque ipſis in iudicio comparere permiſſum eſſet, quemadmodum & adhuc hodie poſtulantibus infamia obſtat [o], quibus tanquam pro Repub. militantibus leges multum ſemper contulerunt [p]. Verùm quia morum probitas paulatim elanguit, & functionis huius procuratoriç prouincia vilior haberi cœpit, tum quia in iudiciis exceptiones ignominiæ atque infamiæ procuratoris, parum in iudiciis, &
2 nullo modo verſari, ſed veluti in deſuetudinẽ abiiſſe proſpeximus, cõquieſcere voluimus. Quum & illud abſurdũ videretur, dum de perſonarum cõditione altercatio fieret, ipſius negocij diſceptationem longius fruſtra proferri. Idcirco quilibet etiam infamis (ſi nõ ſit infamia grauior [q]) alieno nomine litem inferre, aut ſuſcipere poteſt. præterquàm apud principem, vbi neque infamia notatus admittitur, neque admiſſus ignominia notatur [r]. Sunt & aliæ exceptiones dilatoriæ, trãſlatitiæ, quibus actionem recuſamus: vt ſi cõ-
3 trouerſiæ exanimatio triennium fuerit intermiſſa, quia agenti tum poſſumus obiicere, ab ea litis inſtantia dimitti nos debere, litémque denuò repetendam eſſe [ſ], niſi lis conteſtata eſſet, quoniam litis conteſtatione fit, vt ante quadraginta annos inſtantia non pereat, quemadmodũ nec [t] actio. † Aut ſi quis proprietatis iudicio pulſatus, interĩ in poſſeſſione ab aduerſario
4 turbetur, exceptionẽ nanq; habet, ne in ea lite pergere cogatur, donec vacuã poſſeſſionẽ aduerſarius permiſerit [v]: Vel ſi aduerſus ſententiam aut contractum in authenticas tabulas redactum quis reſtitutus ſit, & ſecundum reſtitutionem pronũciari poſtulet, rectè obiiciet reus non anteà ſe defenſurum, quam ſententiæ aut conuentioni contractus ab eo ſatisfactum fuerit [x]. Aduerſus omnes præterea actiones prætorias, quas iure ciuili poſt annum non da-
5 ri anteà docuimus, poſt id tempus reo datur exceptio. Idémque erit ſi lege municipali exordiendæ, cuiuis actioni dies præfinitus ſit, intra quam incohata non fuerit actio: Atque adeò ſi poſt eam incohatam eiuſdem temporis mora in ea perſequenda admiſſa fuerit, quæ præſcriptioni introducendæ ſufficit, idem

† Hodie Francisc. constitutione uetitum eſt, ne reſcripta principis ad litem peremptã reſuſcitandam dentur, & ſi cõcedantur, ut nullam horum iudex rationem habeat iubetur, qua tamen cõſtitutione minimè utimur.

o l.i.§.ſecundo loco ff.de poſt.

p l. aduocati.C. de aduo.diu. iud.

q l.reum. C. de pcu.

r l.ſed & milites.§. ſed ignominia.ff. de excuſ.tut.

ſ l.properãdum.C. de iud.

t l.vlt.C. de præſcri. xxx.vel xl. anno.

v in.§. omniũ, ſupra de actio.

x probat tex. in l.vnica.C. de reput. & l. ſi quis maior.C. de tranſac.

adhuc eſſe melius y. eſt †. Sunt denique & ad- 6
uerſus ĩterdicta exceptiones propoſitæ, de qui-
bus paulò pòſt ſuo loco commodiùs dicetur. Il-
lud tamen poſtremò ſciendum eſt, exceptiones
has dilatorias priùs obiiciendas eſſe, vt interim
litis progreſſum effugiat reus, quoad ſuper iis
ius redditum fuerit. Poſteà verò ad peremptorias exceptiones deſcendẽdum erit †. Quod ſi 7
vtraſque cumulare voluerit, id quidem nõ prohibetur, ſed conſultè fiet, ſi earum exceptionũ
concurſu, deteriorem ſuam cõditionem minimè factam iri reus proteſtetur, & ſuper illis vt
rectè atq; ordine à iudice pronũcietur poſtulet.

y Bar. in l. vlt. ff. de eo per quem fac. & Iaſ. in §. pœnales. ſupra de actio.

† *Ita iudicatum fuiſſe in iuridict. p ictauẽ. conuen. die. 18. Septẽb. 1531 Imbertus affirmat lib. Inſt. for. 1. dum de exceptionibus tranſlatitiis agit, quẽ uide multa alia de exceptionibus dicentem, quibus hodie in foro utimur.*

† *Caroli. 7. cõſt. utraſq; exceptiones reus opponere iubetur, quũ interdictũ retinendæ poſſ. aut appellatio oppugnatur.*

De replicationibus. 8

Dictum eſt, quemadmodum actionibus quę, iure quidem ciuili efficaces ſunt, veruntamen ex æquitate naturali inique nocent, exceptiones opponantur: eodem modo videndum eſt, ſi & exceptiones ipſę re vera validę ſunt, ſed ex æquitate etiã inique appareãt, qua via huic malo ſuccurratur. Ne aliter id quod natura æquum eſt, & omnibus ex æquo commune eſſe debet, vni cõcedere, & alteri negare inquiſiſsimè videamur. Et ſanè actori nõ
minus quàm reo in hac cauſſa conſultũ iri voluimus, cui defenſio- 9
nem quoque dedimus, qua aduerſarij exceptionem excludere poſſit, quæ replicatio appellatur: & nihil aliud tamẽ eſt ꝙ exceptio z, quę à parte actoris venit, nõ minus ipſa exceptione neceſſaria, qua rei exceptionem iniquã oppugnet, iúſque quod ſuũ eſt & propriũ ſimul contineat, firmet, & tueatur. Ac inde nomen habet replicatio, quod per eã replicatur & reſoluitur ius exceptionis, vt in hac ſpecie oſtendi poteſt. Pactum cum debitore tuo feciſti, ne quod tibi deberet peteres: deinde poſteà quandocunque in cõtrarium pa-
ctus es, vt tibi creditori petere liceat: ſi poſt ſecundum hoc pactum 10
condictione aduerſus illum ad ea quæ tibi debentur experiaris, & ille pacti exceptionem opponat, prima certè facie videtur hoc pactum multum grauitérq; actionem tuam lædere: Nam re vera ita conuenit, & nihilominus hoc verum manet licet contrariũ poſteà pactum ſit, quia per ſecundum pactùm priùs ipſi iure ſublatũ non eſt,

z l. 2. ff. de excep.

1 eſt, quandoquidem in pactis non ius, ſed factum verſetur [a]. Sed quoniam iniquum eſt te excludi, ex ſecundo pacto quo petendi facultas data eſt, tibi dabitur replicatio: per quam exceptio eliditur, & actio quæ priùs labefactata videbatur ſuſtinetur. Quæ tamen ſi per exceptionem omnino fuiſſet perempta, & ſublata, non niſi noua actione conſuli tibi potuiſſet [b]. Vt puta ſi non nuda conuentione pactus eſſes, ſed acceptilatione debitorem liberaſſes, ea ſanè prima obligatio funditus euerſa reſtitui, deinde rein-
2 tegrari non poſſet. Aut ſi pactũ conuentũ tale fuiſſet, quod actionem ipſam tolleret, veluti iniuriarũ, per poſterius pactũ effectum non eſſet, vt agi poſſit: quia & actio prima ſublata eſt, & poſterius pactum ad actionem reparandam inefficax eſt, neque ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur [c]. Cæterùm quemadmodum exceptioni opponitur replicatio, ita & replicationi quæ prima facie iuſta eſt, ſed ex æquitate naturali iniquè nocet. Alia quidem allegatio reo obiicitur, quæ duplicatio vocatur. Vt ſi amplius non
3 petendi pactum cum Mæuio feceris, deinde alio poſteà pacto conuenit, vt petere poſſes, tertiúmque poſterius ſequutum ſit, quo debitum remiſiſti. Quod ſi ea duplicatio aliquam ob cauſſam iniquè noceat, alia rurſus allegatio neceſſaria erit, vt ea adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionum vſum, & interdum vlterius quàm dicimus varietas negociorum producit: Nam ſicut contra replicationem datur duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, ita & contra triplicationem qua-
4 druplicatio dari ſolet, & deinceps multiplicantur nomina, dum reus obiicit, & actor perurget. Eorum tamen qui tribunali præſunt erit proſpicere, ne iſtiuſmodi allegationes vltro citróque adductæ, & ad cauſſas nonnunquam protelandas verius quàm expediendas conquiſitæ, aliquando in labirinthum † exeant. Sed hæc de replicationibus faciliùs pleniúſque ex latioribus digeſtorum libris cognoſci poſſunt.

† *Hodie ultra duplicationem moribus noſtris non progredimur.*

5

Exceptiones autem.

PORrò ſcire debemus plerunque exceptiones quibus principalis debitor aduerſus id quod dari vel fieri petitur, defendi poteſt, à fideiuſſore etiam, ſponſore, mandatore [d], alióve quolibet qui alterius obligationi accedit, opponi poſſe: ſi modo non ſit is qui in debitoris locum ſuccedit & ſubſtituitur, expromiſſor [e]. Ne-

Q

a l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac.

b l. ſub prætextu. C. de tranſac.

c d. l. ſi vnus. §. pactus.

d l. tam mandatori. C. de non nume. pecu.

e l. fruſtra, illo tit.

que fideiuſſori oberit, ſi exceptionis auxilium ſibi debitor ademe- 6
rit, quum ſemel quæſita fideiuſſori exceptio, vlterius ei inuito
f l.vlt.ff. de pact.
extorqueri non poſſit [f]. Niſi debitor ſua mora exceptionis ſubſi-
dium amiſerit, quod fideiuſſori etiam damno eſt [g]: quanquam
eam exceptionem quam ſibi ſuo facto peperit fideiuſſor, neque ex
g l.mora. ff.de verb. oblig.
perſona debitoris habet, non perdat vllo, vel pacto, vel delicto de-
bitoris. Vt ſi fideiuſſor ſeruum quem debitor deberet obtulit, &
debitor moram fecerit, mortuo Sticho fideiuſſori ſuccurrendum 7
h d.l.mora
erit [h]. Contra autem fideiuſſoris cōuentio reo nihil prodeſt, quia
nihil intereſt eius à debitore peti: vbi autem fideiuſſoris intereſſet
à reo non peti, vel vbi ita pactum factum eſſet, vt & debitori pro-
i l.& hæredi.§.in iis. ff.de pact.
deſſe debeat [i], ei quoque competeret [lz] exceptio, non aliter atque
fideiuſſori, vbi debitoris intereſt. Id tamen citra diſceptationem
eſt, à fideiuſſore exactum iuſiurandum reo prodeſſe, quia id loco
lz l.aduerſus.ff.de arb.
ſolutionis cedit [l]. Planè merito conſtitutum eſt, vt exceptiones
quibus debitor vtitur fideiuſſoribus accommodentur, quoniam 8
quod ab his petitur ab ipſo debitore peti videtur, proptérque de-
l l.duobus §.1.ff. de iureiur.
bitoris ipſius perſonam id placuit, ne alioqui mādati iudicio poſt-
eà à fideiuſſore qui ſoluit reus conueniatur. Adeò vt ſi mandati
actio nulla ſit, quia fortè animo donandi fideiuſſerit, exceptio fi-
m l.quod dictum eſt. ff. de pact. &.l. ſi quis reum.ff. de lib. leg.
deiuſsori non proſit [m], quæ neque ipſi fideiuſsori proficere po-
teſt, ſi hoc actum fuerit, vt duntaxat à reo non petatur, huícque
perſonali liberationi fideiuſsor conſenſerit, & ius ſuum remiſe-
rit [n]. Proinde ſi de non petenda pecunia pactus quis cum reo fue- 9
rit, nulla perſona addita, vt non in perſonam, ſed in rem pactum
factum eſſe appareat, perinde iis qui pro reo obligati ſunt ſuccur-
n l.niſi hoc actum.ff. de pact.
rendum eſſe exiſtimatum eſt, ac ſi cum ipſis etiam conuentum
eſſet, ne ab eis ea pecunia peteretur: quia rei cohærētes exceptio-
nes etiam fideiuſsoribus competunt, vt rei iudicatę, doli mali, iuſ-
iurandi, quod metus cauſsa factū eſt, & aliæ eiuſmodi exceptio-
o l.exceptiones. ff. de excep.
nes [o]. Veruntamen exceptiones quædam ſunt, quæ non æquè fi- 10
deiuſsori ac debitori competunt: Nempe ſi perſonæ cuiuſque co-
hæreant, veluti ſi debitor bonis ſuis ceſserit, & cum reo creditor
experiatur, is defenditur per exceptionem, quia bonis ſuis ceſsit,
quæquidem fideiuſsores ipſius non iuuabit: idque ideo, quoniam
qui fideiuſsorem à debitore ſuo accipit, eam ob cauſsam præci-
puè accipit, vt ſibi rebúſque ſuis conſulat, & hoc maximè pro-
ſpicit, vt ſi contingat debitorem ſoluendo non eſse, & faculta-
tibus

tibus ſuis labi poſsit ab iis qui fidem pro eo obligauerunt ſuum conſequi: Quod ſi & fideiuſsori exceptio ceſsionis concedatur, futurum eſt, vt accipiendo fideiuſsores nihil nobis proſpexiſse videamur. Sunt & aliæ perſonales exceptiones, nempe ea quam ſocius habet in id quod facere poteſt, vel parens, patronus, & ſimiles, quando maximè perſonæ conditio beneficio locum p facit, quæ ad alios non tranſeunt.

p l. i omnibus. ff. de reg. iur.

Paraphraſis in titulum de Exceptionibus, finis.

ARGVMENTVM EORVM
quæ de Interdictis dicentur.

INterdicta omnia, ſunt aut prohibitoria, quibus aliquid fieri vetat prætor, vt vim fieri poſsidenti ſine vitio vel mortem inferẽti, & quæ ſunt huiuſmodi: Aut reſtitutoria, quibus reſtitui iubet, vt bonorum poſſeſſori, poſſeſsionem eorum quæ quis pro hęrede, aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hæreditate, vel vi deiecto de poſſeſsione fundi poſſeſsionem. Aut denique exhibitoria, per quæ exhiberi iubet, cuiuſmodi eſt interdictum de libero homine exhibendo. Item ſunt omnia interdicta, aut adipiſcendæ poſſeſsionis cauſſa comparata, vt interdictum quorum bonorum: aut retinendæ, vt vti poſsidentis interdictum, & vtrobi: aut recuperãdæ, vt interdictum vnde vi. Quæ poſtremò interdicta omnia aut ſunt duplicia, aut ſimplicia. Simplicia ſunt, in quibus diſcernere poſsis actorẽ à reo. Duplicia verò, quando vterque litigator, tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet. Vt eſt vti poſsidetis interdictum, & vtrobi. Nam cætera interdicta ſimplicia ſunt. Porrò certa quadam & ſuperſtitioſa formula olim interdicta concipiebantur, quæ poſſeſsionis cauſſa introducta ſunt. Sed hodie interdictum reddi neceſſe non eſt, quum per actionem in factũ recta via, ſummotis priſcis formulis & ambagibus, agi commodiùs poſſe viſum ſit.

1 Petri Plateani Angolæi, in ſum-
MO TRIBVTORVM VECTIGA-liúmque tribunali Lutetiæ Pariſiorum Regij patroni, Paraphraſis in titulũ de Interdictis, libro Inſtitutionum Imperialium quarto.

2
ET ſi anteà de actionibus pleniſſimè dictum eſt, illa-
rúmque vim & naturam variè multifariámque oſten-
dimus. Nonnullę tamen adhuc ſuperſunt, & actiones
extraordinariæ [a], quæ interdictorum loco exercētur,
ꝓpter quas viſum eſt de interdictis ipſis ſeparatim a-
gendum eſſe. Cùm vt nihil antiquitatis, & eorum quæ olim in vſu
erant ignoraretur (quando ipſa antiquitatis cognitio admodũ for
3 met iudiciũ, multúmque noui iuris interpretationi adferat.) Tum
quod aliæ illæ omnes actiones, de quibus priùs dictum eſt, tam ci-
uiles quàm prætoriæ, ab his de quibus dicturi nunc ſumus longe
differāt. Siquidē hæ prætoriæ omnes ſunt, & ad poſſeſsionis cauſ-
ſam propriè pertinent, neque minus vtilem neceſſariámque cauſ-
ſam habent, quàm commemoratæ anteà actiones. Quibus licet id
quod noſtrum eſt, aut nobis debetur, perſequamur: vt ſecũdum id
quod in intentionem actoris deductum eſt, omnino iudicis ſenten
4 tia ſuper obligatione aut dominio petito pronunciata, lis finiatur:
(quod ſanè interdictis, quibus lis pręparatur magis, quàm finitur,
neque peti, ne adiudicari poteſt) his tamen, vel actionibus quę pro
eis cōpetunt, poſſeſsionis cauſſa interim deducitur, quę multũ ſem
per contētionis habuit, nō ſolùm propter vſus percipiendorúmq;
fructuum commoditatem, ſed ob iudicij huius vtilitatem ſecurita-
témque: quo probationis dominij onus omne in actorem prorſus
reiicitur. Ac niſi per interdicta hæc quæſtioni poſſeſsionis, cui non
5 ſatis leges proſpexerant, à prætoribus olim obuiam itum eſſet: fu-
turũ erat non ſine magno reipublicæ totius periculo, vt inter quos
poſſeſsionis controuerſia eſſet, eam ipſam illi armis inter ſe digla-
diarentur. Proinde vt huic morbo, tantæque neceſsitati ſuccurſum
eſſet, multa edicta prætores, qui iudiciis olim præerant de poſſeſ-
ſionibus propoſuerunt, quibus ſecundum id quod propoſitum eſ-

[a] id cōſtat ex titulo fforum de interdictis ſeu extraordinariis actionibus &c.

b l.ii. in princ. ff. ne quid in lo. pub.

c l. ſeruum §. incorporales. ff. de acqui. do.

d d. l. ii. §. quędam. ff. de interd.

e l. iiii. §. ait prætor. ff. de itin. act. priua.

f l. i. in fi. ff. de aqua quotid. & æſtiua.

g d. l. ii. §. quædam.

h d. l. ii. §. quædam.

i l. ii. ff. de condi. trit.

lz l. indebiti ſolut. ff. de cō. ind.

ſetius dicebant, certíſque verborum formulis interdicta hæc (quæ 6
ex ſuis edictis dabant [b]) concipiebantur, quibus fieri aliquid aut interdicebant, aut iubebant, & vbi de poſſeſſione lis inter aliquos nata eſſet, conſtituto iudicio recuperatores dabantur, qui de controuerſia ipſorum, & iure poſſeſſionis cauſſa cognita pronunciarent. Fiebátque id tum maximè, quum de poſſeſſione, & rei corporalis detentione, aut quaſi poſſeſſione, quæ ad incorporalia
tantummodo [c] pertinet, inter aliquos contendebatur. Quanquam interdum etiam ſi de proprietate quæſtio moueretur, interdictis locus ſit, quæ & rei perſequutionem continent [d], vt de itinere actúque priuato: Nam proprietatis cauſſa continet hoc interdictum quo agitur, vt iter vel actum reficere liceat [e], & ei competit, qui ius ſibi eſſe reficiendi doceat: vel de aqua quotidiana & æſtiua, vt aquam ex caſtello ducere ab eo cui eius rei ius fuit ſit liberum. Quæ quidem interdicta non vt reliqua præpa- 7
rant ſolùm, aut ad temporariam tantùm poſſeſſionem pertinent, verùm totam etiam proprietatem poſſeſſioníſque quæſtionem finiunt [f]. Illa quoque interdicta quæ de locis ſacris & religioſis proponuntur, veluti proprietatis cauſſam continent, qualia ſunt hæc, nequid in loco ſacro fiat, vel quod factum eſt reſtituatur, & de mortuo inferendo, vel ſepulchro [g] ædificando, itē illa de liberis exhibendis: quæ ſui iuris tuendi cauſſa competere mox indicabimus, & proprietatis cauſſam non poſſeſſionis habent [h]. Eodem modo licet actiones ad poſſeſſionis cauſſam regulariter minimè pertineant, per eas tamen poſ- 8
ſeſſionem condici nonnunquam inuenimus: Nempe condictione triticaria, qua ab eo qui vi aliquem deiecit poſſeſſio conditur [i]. Si nummi quoque alieni traditi fuerint, indebiti condictio competit, vt poſſeſſio eorum reddatur, ſi poſſeſſio tantum tradita [lz] eſt. quemadmodum ſi falsò exiſtimans te cuiuſlibet rei poſſeſsionem Titio debere, eam illi tradideris. Nam ad eam repetendam condictio parata eſt.

Sed iam

1 SEd iam de ipſis interdictis dicere incipiamus, & ea quidam
per multas diuiſiones oſtendere nonnullis anteà placuit [l], vi-
delicet vt aut de rebus diuinis, aut humanis competere intelli-
gerentur. De rebus diuinis: vt de locis ſacris, vel religioſis, de
rebus hominum, aut de iis quæ ſunt alicuius, aut quæ nullius
ſunt. Quæ nullius ſunt, vt liberè perſonæ, de quibus exhiben-
dis, & deducendis interdicta competunt. Quæ ſunt alicuius,
aut publica, aut ſingulorum. Publica, de locis, viis, & flumi-
2 nibus publicis. Quæ autem ſingulorum, aut ad vniuerſitatem
pertinere, vt interdictum quorum bonorum, & quorum lega-
torum. Aut ad ſingulos, vt eſt interdictum vt poſſidetis. Quæ-
dam etiam eſſe quæ in præſens, vt ipſum vti poſſidetis interdi-
dictum, quædam quæ in præteritum referantur: vt de itinere &
actu priuatis, & de aqua æſtiua. Item alia eſſe annalia, vt om-
nia quæ ex maleficio ſunt, & rei perſequutionem non habent [l].
Alia perpetua, veluti quæ rei perſequutionem continent, ne-
3 que ex maleficio competunt: vt interdictum de tabulis exhiben-
dis [m], quorum bonorum, & quorum legatorum [n]. Alia deni-
que eſſe quæ proprietatis cauſſam habent. Alia quæ poſſeſſio-
nis tantùm. Verùm ſumma generaliſque diuiſio, qua interdicta
omnia breuiter concludamus, hæc viſa eſt. Nẽpe ea omnia aut eſſe
prohibitoria, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Et prohibitoria
quidem ſunt, quibus aliquid fieri Prætor vetat, & prohibet: ve-
luti vim fieri ei qui ſine vitio nec vi, nec clàm, nec precario
4 poſſidet, iuſtam enim poſſeſſionem tuetur ac propugnat. De-
inde ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus [o] eſt. Qui qui-
dem à poſſeſſore eo differt, quod non poſſidet, ſed cuſtodiam
rerum, & obſeruationem à Prætore tantùm conceſſam habet [p]:
quem procul dubio fruſtra erat in poſſeſſionem mittere, niſi &
miſſum tueretur, quod maximè conuenit. Igitur ne vis fieret ei
qui poſſeſſionem permiſſu eius, cuius de ea re notio fuerit adeptus
eſſet, edixit [q], in eúmve qui contra fecerit, in factũ iudiciũ quan-
5 ti ea res erit pollicetur: quod ad omnes pertinet, qui in poſſeſſionẽ
à Prætore miſsi ſunt, ſiue rei ſeruandæ cauſſa, ſiue legatorum, ſiue
ventris, vel dãni infecti nomine [r]. Ac ſi quis in poſſeſſionẽ miſſus
non admittitur, extra ordinem Prætores ipſi iure ſuæ poteſtatis

Summa autẽ diuiſio interdictorum.

l l. 1. 2. ff. de interd.

l l. in honorariis. ff. de act. & obl.

m l. iii. §. vlti. ff. de tab. exhib.

n l. i. ff. quor. leg.

o ff. ne vis fiat ei qui ĩ poſſ. miſſ.

p l. iii. §. vl. ff. de acquir. poſſ.

q l. i. ff. ne vis fiat.

r d. l. i. §. eſt autem.

decretum ſuum exequentur, & nonnunquam per manum milita- 6
rem † ſi opus [f] ſit. Tam autem prohibitorium,
quàm reſtitutorium eſt interdictum hoc, quo
vis fieri prohibetur ei qui in poſſeſſionem miſ-
ſus eſt, & is qui vi deiectus eſt reſtituitur [t]. Ex
interdictis etiam prohibitoriis, eſt interdictum
quo Prætor vim fieri vetat inferenti mortuum,
eo loci quo ei inferendi ius eſt [v]: quod quidem
non modo expoſitum eſt, vt cui mortuum infer 7
re: ſed etiam vt eo loci ſepulchrũ, atque monu-
mẽtum ædificare liceat, quia & ad publicã vti-
litatem pertinet, ne inſepulta corpora iaceant [x]:
quum & formicæ ipſe ſeſe inuicem ſepeliant [y],
religioníſque intereſt monumenta, quę memo-
riæ cauſſa in poſterum produntur [z] extrui, &
exornari [a]. Eóque interdicto proprietatis domi
nus vtitur, cui locum ſuum religioſum mortui 8
illatione facere licet, & ſi ꝓhibeatur, aut inter-
dicere ſtatim poteſt, aut alio inferre, & poſteà in factum actione
perpetua quanti eius interſit prohibitum non eſſe cõſequi [b]. Item
ne quid in loco ſacra fiat, quod de loco ſacro non ſacrario compe-
tit, & ad hoc minimè ꝑtinet, quod ornamẽti cauſſa fit, ſed quod de
formitatis, vel incõmodi [c]. Vnde in muris, & portis ciuitatis, ſan-
ctis [d] aliquid ad incommodum fieri, hoc eodẽ interdicto prohibe-
tur [e], quæ neque habitari ſine permiſſu principis propter incẽdia
fortuita poſſunt [f]. De loco, itineréque publico, ſimile interdictũ 9
expoſitum [g] eſt, niſi quod in loco ſacro nõ ſolùm facere vetamur,
ſed & factum reſtituere iubemur: Vnde tam prohibitorium quàm
reſtitutoriũ eſt, & hoc ꝓpter religionẽ [h]. Cæterùm interdictũ ne
quid in loco publico fiat, ꝓhibitorium tantùm eſt, per quod in lo-
co publico fieri ínve eum locum immitti prohi-
bemur, quo damnum detur: præterquàm quod
lege, ſenatuſconſulto, edicto, vel decreto prin-
cipum conceſſum eſt, & cuilibet de populo † 10
competet [i]. Proinde ſi quis nemine prohiben-
te in publico ædificauerit, cogendus nõ eſt ædi-

f l. ſi quis miſſus illo tit.
t d. l. ſi quis miſſus. §. cũ prætor.
v l. 1. ff. de mort. inf.
x l. ſũt per ſonæ. ff. de relig. & ſump. fu.
y Pli. lib. 11 cap. de formicis noſtratibus.
z l. momẽtum. ff. de relig. & ſump. fu.
a d. l. 1. ff. de mor. ĩf.
b l. liberũ. ff. de relig. & ſũp. fu.
c l. 1. ff. ne quid in loc. ſac.
d §. ſanctæ ſupra de rer. diuiſ.
e l. 2. ff. ne quid ĩ loc. ſac.
f l. vlt. illo titu.
g l. 2. ff. ne quid in loc. pub.
h l. 2. §. locorũ illo ti.
i d. l. 2. in prin.

† Id apud nos intelligendum eſt per apparitores iudicum, ſecundũ Fab. in. l. unica. C. de offi. milit. iud. non autẽ ut armis, euocatis militibus decretum ſuum iudex exequi poſſit. Sed ut apud nos uſu receptum eſt, debet rebellio ad ſummam curiam referri, quæ re cognita, iubet eius prouĩciæ præſidi ĩ qua fieri debet executio, ut militibus coadunatis prouinciæ illius, ui armata ſententiam exequatur.

† Hoc iure interdicta hæc, actionéſue quæ populares eſſent, quilibet de populo exercere poterat. Verùm id, mos noſter hodie denegat, quo populares huiuſmodi actiones in procuratoris regÿ tantũ perſona reſidentis tamen cui priuatim nocitum eſt, agere minimè uetatur.

ficium

1 ficium tollere, ne ruinis vrbs deformetur, & quia prohibitorium eſt interdictum, non reſtitutorium, niſi publico vſui obſtaret, id enim tum cura eius qui publicis operis procurat, deponi debebit. Sed ſi non obſtet, ſolarium magis, hoc eſt, vectigal quod pro ſolo penditur, ei imponet [lz]. Simili modo interdictum prohibitorium eſt, quod de loco publico iuxta locationis legem fruendo propoſuit Prætor, quo tuetur eũ qui publica vectigalia conducta habet [l].
Item & interdictum quo Prætor vetat ne quid in publico flumine
2 ripáve eius fiat, immittatúrve, quo ſtatio, iterève nauigij deterior fiat, & quod aliter factũ fuerit reſtituatur, quod etiã prohibitoriũ & reſtitutoriũ [m] eſt. Præter hæc habẽtur, & alia multa interdicta prohibitoria, quibus Prætor publicè commoditati proſpexit: qualia ſunt quibus vetitum eſt in flumen publico, ripáve eius immittere, quo aliter aqua fluat, quàm in priore æſtate fluxit, viciníſque iniuriam faciat [n]. Et quominus in flumine publico, nauẽ, ratem, agere, quominúsve in ripa onerare, & exonerare [o] liceat. Vim
3 fieri æquè interdicens, quo minus per lacum, foſſam, ſtagnum, ſi publici ſit iuris, nauigare [p] liceat. Et de ripa munienda, quo minus quis prohibeatur in flumine publico, ripáve eius opus facere, Ripę, agríve eius qui circa ripam eſt tuendi cauſſam, dum ne ob id nauigatio deterior fiat [q]: Déq; via publica, & itinere publico eodem modo reficiendo [r]. Item de itinere actúque priuato, quod ad defenſandas ruſticas tantummodo ſeruitutes pertinet, vt eo itine-
4 re, actu, & via, minimè vti impediatur, qui hoc anno, nec vi, nec clàm, nec præcario, ab impediente vſus [ſ] eſt. Eodẽ modo de aqua quotidiana & æſtiua, eodẽ iure ducenda [t], & de riuis purgãdis, & reficiendis, fonte, lacu, piſcina, puteo hauriẽdo [v], cloacis purgandis, reficiendíſque [x]: de arboribus vicini in ædes tuas, vel agrum tuum vltra legibus præſcriptum modum propendentibus cædendis, ſi per eum ſtat quominus adimat [y]. Et de glandæ quæ ex vicini agro in tuum cæciderit, tertio quoque die ab eo legenda, &
5 auferenda: quod ad omnes etiam fructus pertinere dicitur [z]. Denique de operis noui nunciatione interdictum, quo ne poſt nunciationem quid operis fiat vetatur, antequam vel nunciatio remiſſa ſit, vel vice renunciationis remiſſa ſatiſdatio, de opere reſtituendo interpoſita [a]. Vti etiam poſsidetis interdictum prohibitorium eſt, ad retinendam poſſeſsionem, vt paulò pòſt pleniùs dicetur. Quæ omnia latus ex 43. Pãdectarum volumine intelligi poſſunt.

lz d.l.li, §. ſi quis nemine.
l l.i.ff.de loc.pu.fru.
m l.i.ff.de flum.
n l.i.ff. ne quid in flu. pub.
o l.i.ff. vt ĩ flu.pub.
p d.l.i.
q l.i.de rip.mu.
r l.i.ff.de via pub. & iti.pu.refi.
ſ l.i.ff. de iti.act.pri.
t l.i.de aq. quo.& æſt.
v l.i.de riuis.
x l.i. de cloa.
y l i. de arb.cæd.
z l.i.de gland. leg.
a l.i.de op. no. nun.ff.

Reſtitutoria ſũt REſtitutoria autẽ interdicta ſunt, quibus reddi, aut reſtitui aliquid iubet Prætor, Veluti per interdictũ quorum bonorũ, quo poſſeſsionem eorum bonorum quæ quis pro hærede vel pro poſſeſſore occupat, bonorum poſſeſſori qui hæredis loco per Prætorẽ 6
b l.1.ff. quor. bon. conſtitutus eſt, reſtituere [b] iubet: vnde reſtitutorium eſſe conſtat, quod ad reſtituẽtis perſonam attinet, magis quàm ad eum cui impropriè reſtituitur, qui nunquã anteà habuiſſe dicitur: niſi & reſtituendi verbum generaliter hic accipiamus, pro verbo dandi, ſicut
c l.verbũ reddẽdi. ff. de verb. ſignifi. & plerunque reddendi verbum [c] accipitur. Eſt & interdictum 7
quorum legatorum reſtitutoriũ, quod ad hãc cauſſam pertinet, vt quod quiſque legatorum nomine non ex voluntate hęredis occupauerit, id hęredi reſtituat. Etenim iuſtum Prætori viſum eſt, vnũ-
d l.1.ff. quor. leg. quenque non ſibiipſi ius dicere in occupandis legatis, quæ ab hærede petenda [d] ſunt. Et tum maximè competit, ſi hæres lege Fal-
e l.1.C. illo tit. cidia vti, partẽmque legatorum retinere velit [e]. Item interdictum vnde vi reſtitutorium eſt, per quod Prætor in poſſeſsionem eum reſtitui iubet, qui vi cum armis aut ſine armis deiectus eſt, cui ſub- 8
f l.1.C. de vi & vi ar. ueniri æquiſsimum putauit Prætor [f]. Eodémque modo quod vi aut clàm interdictum propoſuit, quo calliditati eorum qui vi, aut
g l.1.ff. qđ vi aut clàm. clàm, aliquid molliuntur occurſum eſſet, nam & reſtituere iubentur. Paruíque refert vtrum ius faciendi habuerit an non, quoniam
h d.l.1.§.1. tueri ius ſuum debuit non iniuriam cõmittere [g]. Et vi eum feciſſe interpretabimur, qui contra quàm prohiberetur quo quomodo fe-
i l.3.§. ait Prætor. ff. de lib. ho. ex. cerit [h]: Verùm de his interdictis pleniùs mox dicetur. Exhibitoria poſtremò interdicta ſunt, pérque exhiberi, hoc eſt, in publicum produci iubetur, vt videndi, & tangendi facultas prębeatur [i], ve- 9
k d.l.1. illo titu. luti eum de quo in libertatem aſſerendo agitur, de quo ita edixit Prætor: Quem liberum hominem dolo malo retines exhibeas: id
l l.2. illo ti. enim tuendæ libertatis cauſſa propoſitum eſt, ne homines liberi à quoquam retineatur [k], quia nõ multum à ſeruis differunt, quibus
m l.vlti. ff. ad.l.Flau. de leg. recedendi facultas negatur [l]. Quod & lex Flauia proſpexit, qua is qui ingenuũ hominem, vel libertum inuitum celauerit, & vinctum habuerit, emerítve ſciens dolo malo, pro delicti modo pœna
n l.3.§.is qui neſcit. de lib.ho. exh.ff. corporis coercetur [m]. Tum demum verò locum habet interdictũ 10
hoc, quoties quis pro certo liber eſt: quod ſi de ſtatu quæritur, alienę notioni præiudicium fieri non oportet [n]. Cæterùm is qui in
o l.2. illo tit. poteſtate habet, hoc interdicto non tenetur, quia dolo malo nõ videtur habere, qui ſuo iure vtitur [o]: Atque adeò interdum, & ſi in

poteſtate

1 poteſtate non habeat: vt ſi eum quis retineat filium, quem in pote-
ſtate non habet, quia pietas genuina efficit, ſine doli ſuſpitione re-
tineri: niſi euidens dolus intercederet. Denique qui iuſtam habet
cauſſam liberi hominis retinendi, dolo nõ videtur facere p. Oĩbus
aũt datur interdictũ hoc, quũ nemo prohibendus ſit libertati faue-
re q, in eámq; cauſſam ad exhibendũ actio inutilis viſa eſt, propter-
ea quod ei cõpetere creditur, cuius peculiariter intereſt r ad tuen-
2 dam libertatem. Non modo tamẽ ad tuendam libertatem in vni-
uerſum conſtitutum eſt hoc iudicium, verumetiam ſpecialiter ei
cuius itidem peculiariter intereſt datur, vt ſi quis libertum tuũ tan
quam ſeruũ detinuerit, & eum exhiberi petas, quod ei operas in-
dicere velis: tum enim alteri extraneo volenti agere præferendus
eris: quoniam cum plures ſunt qui experiri volunt, præferẽdus eſt
is ad quẽ res maximè pertinet, vel is qui idoneior eſt, quod ex fide,
coniunctione, & dignitate eius qui agere volet, ſpectabitur ſ. De
3 liberis item exhibendis interdictum quoque prohibitorium eſt, &
de liberis deducẽdis poſtquàm exhibiti ſunt, quod ex eiſdem cauſ-
ſis competit t. Veruntamen in hoc de liberis exhibendis interdi-
cto nõ admittitur cauſſæ exceptio, cur apud eum ſit is qui exhibere
debet: queẽadmodũ in ſuperiore interdicto: in quo is qui iuſta cauſ-
ſa (vt dictum eſt) liberum hominem retinet, minimè tenetur v: ſed
hic omnimodo reſtituendum putauit Prætor, ſi in poteſtate paren
tis eſt, quia in poteſtate noſtra eſſe eũ quem exhiberi deſideramus,
ex verbis edicti neceſſarium eſt x. Sanè ſi mater fortè ſit quæ libe-
4 ros retinet, ei per exceptionem interdum æquè ſubuenitur, ſi a-
pud illam magis quàm apud patrem ex iuſta cauſſa filius morari y
debeat. Nã & ſi pater filium in ſua poteſtate habet tñ cauſſa cogni-
ta, vt puta ob patris nequitiam, mater in retinendo eo potior eſt z.
Pari modo ſi quis filiam ſuam quę tibi nupta ſit velit abducere, vel
exhiberi ſibi deſideret, aduerſus interdictũ exceptio danda erit, ne
bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbẽtur a.
Imò verò magis de vxore exhibenda, & deducenda, maritus patrẽ
etiam qui filiam in poteſtate habet rectè cõuenit b. Cæterùm non
5 aliter hoc interdictum locum habet, quàm ſi inuiti liberi ab alio
detineantur. Nam ſi ſua ſponte apud illum ſunt, inuiti interdictũ
futurum c eſt, aduerſúſque filium ipſum ceſſat, qui ſe in poteſtate
negat eſſe: ſed ſuccedere poterit notio Prętoris, vt apud eum diſce-
ptetur, vtrum quis in poteſtate ſit, an non d. Quæ tamen contro-

p d.l.2.
q l.3.§.hoc interdictũ eodem.
r l.ſi liber homo.ff. ad exhi.
ſ l.3.§.ſi tñ plures.ff. de lib.ho. exhib.
t l.1.&.2. illo titu.
v l.3.§. pẽ inde codẽ.
x l.1.§.1.& 2.eodem.
y d.l.1.§.2
z l.3.§. Iulianus ait in fi. codẽ.
a l.3.§. ſi quis filium illo titu.
b l.imò eodẽ.&.l.vlt. C.illo titu.
c l.vl.ff.e.
d l.3.§.hoc autem illo tit.

uerſia ſi inter parentes & liberos ſimul incidat, occaſione bonorũ, 6
de quibus potiſsimum quæſtio eſſet, huic interdicto locus erit: vt ſi
quum te patrẽfamilias diceres, neque in poteſtate patris eſſe, ille
ex aduerſo cõtenderet: téque ſuo iuſſu hæreditatem adiiſſe, tam de
hæreditate agi oportebit, quàm hoc de filio deducendo interdicto
e l.pen.eo. experiri [e]. Enimuerò ea ſunt interdicta omnia quę diuiſio hæc cõ
plectitur, quorũ natura, quia ferè ſemper eſt prohibitoria, interdi-
ceréq; germana ſignificatione nihil aliud ſit quàm prohibere, non 7
deſunt qui in ea opinione manſerint, ea tantùm propriè interdicta
vocari quæ prohibitoria ſunt: reliqua verò vt reſtitutoria, & ex-
hibitoria, decreta eſſe. Verùm vſu tandem frequentatum eſſe, om-
nia vno vocabulo interdicta appellari, quod interdicta prima pro-
hibitoria fuere, aut quod omnibus tacita prohibitio inſit. Quæ
f Alc. in l. pecuniæ verbum. §. actiones. ff de verb. ſignifi. quidem ethimologia, verbíque explicatio, licet veriſsima videa-
tur: obtinuit tamen inter dicta omnia ideoſic appellari, quia inter
duos dicuntur, vel quod per ea ſæpiùs interim de poſſeſſione dica- 8
tur, dum proprietatis quæſtio, de qua pleniori poſteà iudicio quæ-
retur ſilet [f].

Sequẽs diuiſio interdictorum hæc eſt.

NVnc ad aliam, & ſequẽtem interdictorum diuiſionem venia-
mus, & eorum quidem quæ ad rem familiarem, priuatámq; [g]
cauſſam tantũ ſpectant: horum igitur quædã ſunt adipiſcendę poſ-
ſeſsionis cauſſa comparata, quædam retinendę, & quędam recupe 9
randę. Et primùm quidẽ adipiſcendę poſſeſſionis cauſſa interdictũ
accõmodatur bonorũ poſſeſſori, hærediq; qui iure ciuili ſuccedit,
g l.2.§.hęc autem.ff. de interdi. ſaltẽ vtile, quod appellatur. Quorum bonorũ. Quemadmodũ enĩ
hæreditatis petitio bonorũ poſſeſſoria, cui poſſeſſoria hæreditatis
petitio datur [h] ſeruit, ita & interdictum hoc hæredi, cui par cauſſa
h l.1.ff.de bon.poſſ. hær.pet. eſt, nõ iniquè tribuitur [i], etiã ſi ex teſtamẽto hæres ſit, & bonorũ
poſſeſſionẽ ſecundũ tabulas agnouerit. Quanq̃ pręſentaneũ aliud
remediũ hæredibus ſcriptis noſtra cõſtitutione dederimus [lz], quo 10
poſſeſſionẽ earũ rerum omniũ quas defunctus habuit capere poſ-
i l.1.ff. quor.bo. ſunt, nempe ſi teſtamentũ hęres ſcriptus quo nititur integrũ, & mi
nimè vitiatum protulerit, is protinùs in bonorũ poſſeſsionem mit
lz l.vlti.C. de edic.di. a.d.toll. ti iubetur. Quod ſi horum bonorum poſſeſſor interceſſerit, cauſſa
poſſeſſionis ſummatim cognita, ſecundum eum iudicabitur, cuius
iuſtior erit poſſidendi cauſſa, nemin íque poſſeſsionem hæredis a-
lia exceptione, vel conteſtatione remorari permiſſum eſt, quanuis
teſtamentum

1 teſtamentum ipſum arguere falſi paratus [l] ſit. Eius porrò interdicti quorum bonorum vis eſt, & poteſtas, vt quod ex iis bonis, quorum poſſeſsio edicto vel decreto Prętoris alicui data eſt, quæq; defunctus mortis tempore habuit, quiſque pro hęrede aut poſſeſſore nullo alio iure aut titulo poſſideat, id ei cui bonorum poſſeſſio data eſt debeat reſtituere. Eſt enim vniuerſale hoc interdictū, ad vniuerſitatem bonorum pertinens, quo is tātummodo experitur, qui ex aliqua bonorum vniuerſitate hæres eſt, tametſi aduerſus eum
2 qui vel vnam [m] rem hæreditariam, licet minimam, ad exemplum petitionis [n] hæreditatis poſſideat, competat. Idque in corporum tantùm poſſeſſores dirigitur [o], non etiam iuris: vnde & debitores hæreditarij illo minimè vtūtur. In quo à petitione hæreditatis differt, per quam etiam à iuris poſſeſſoribus hęreditas peti poteſt, debitóq; à debitore ipſo tenentur hęreditario, quaſi à iuris poſſeſſore petit. [p]. Pro hęrede aūt & ꝓ poſſeſsore poſſidere quid ſit, videamus. Et ſanè is ꝓ hærede poſſidere dicitur, qui putat ſe hæredem,
3 aut bonorū poſſeſsorē eſſe quum tñ re vera nō ſit. Atq; etiā qui ſcit ſe hæredem non eſſe, hoc interdicto tenetur [q]. Pro poſſeſsore verò poſſidet, qui nullo iure rem hæreditariā, vel etiā totā hæreditatem ſciēs ad ſe nō pertinere poſſidet, nec vllā habet iuſtā poſſeſsionis cauſsam, vt prædo: qui ſi rogetur vnde poſſideat, dicturus ſit, quoniā poſsideo [r], interrogationē in reſponſionē verſurus, neq; ſe hæredem, vel per mendacium contendit, ſed ſciens prudēſq; ad ſe hæreditatē non pertinere, prædonū more bona inuaſit [ſ]. Om-
4 nibus verò titulis hic pro poſſeſsore adhæret, & quaſi adiūctus eſt iis qui nullā iuſtam, & bona fide poſſeſſionis cauſſam habent. Vnde & quivanis titulis pro emptore, pro dote, pro legato, pro donato mala fide vtitur, & poſſeſſionē ſuam tegit, pro poſſeſsore quoq; poſſideret dicit [t]. Hi ſunt aduerſus quos interdictū quorū bonorū locū tantū habet. Quod ſi alio titulo q̄ pro hærede aut ꝓ poſſeſsore quis poſſideat, ſpeciali in rem actione experiundū erit [v]. Adipiſcendæ aūt poſſeſſionis ex eo appellatū eſt hoc interdictū, quod ei
5 tantū qui nunc primū poſſeſſionē adipiſci conatur vtile ſit, nihilq; ad recuperadam poſſeſſionem eam qua ſemel quis excidit ꝓficiat. Eodem modo interdictum quorum legatorum adipiſcendæ poſſeſsionis eſt, quod & reſtitutorium eſse diximus. Illud enim hæredi datur, aduerſus eū qui occupat & poſſidet rem hæreditariam

l l. ii. C. illo tit.

m l. hoc ãplius. ff. de fur.

n l. regulariter. cū ll. ſequē. ff. de pet. hær.

o l. ii. ff. quor. leg.

p l. etiā. § vl. ff. de pet. hære. & d. l. regulariter.

Pro hærede autem.

q l. pro hærede, cū ll. ſequē. ff. de pet. hær.

r d. l. pro hæredo. & ſeq.

ſ l. ſed & ſi lege. §. ff. de pet. hær.

t l. nec vllam, illo tit.

v l. hæreditatis. C. de pet. hær.

pro legato. Item aduerſus eum qui à iudice miſſus eſt in poſſeſsio- 6
nem legatorum ſeruandorum cauſſa, cum illi iam eo nomine ab
hærede ſatisfactum ſit, nec tamen velit poſſeſſione cedere [x]. Hu-
iuſmodi eſt & interdictum Saluianũ, quo vtitur dominus fundi de
rebus coloni, quas pro mercede fundi pignori futuras pepigit: in-
quiliníq; vrbani prædij conductoris, & ſi pro rebus inductis nihil
de pignore nominatim conuentum [y] ſit: támque aduerſus ipſum 7
colonum vel inquilinum, quam alios poſſeſsores qui res eas occu-
pauerint datur [z], & poſſeſsorium tãtùm eſt. Seruianam verò iudi-
cium: petitoriũ, de quo anteà ſuo loco plura diximus. Quod qui-
dem quia difficiliore dominij coloni vel inquilini ꝓbatione eget,
vt locatoribus pinguiùs promptiúſque conſuleretur, paratiùs hoc
Saluianum interdictũ propoſitũ eſt: quod ſoliùs ſimplicis poſſeſ-
ſionis probationem exigeret, quódque dominij exceptio nõ ſum-
moueret. Quæ in poſſeſſoriis iudiciis nõ admittitur, ſi modo lon-
giorem cognitionem deſideret [a]. Veruntamen totam interdicti 8
huius vtilitatem in hoc eſſe admonẽdi ſumus, quũ eo vtiliter ex-
perimur: quoniam ſi directò aduerſus ipſum colonum agendũ fue
rit, Seruianum iudicium potius eſt, quod ius pignoris firmat, ne-
que duriores probationes habet, quum ipſe colonus cõuentus do-
minij quæſtionem mouere non poſſit [b].

x l.1.&.2. ff. quor. leg.

y ſ. itẽ Seruiana ſupra de actio.

z l.1.ff.de Sal.inter.

a l.1. C. quor.bo.

b No. ſup. in.d.ſ. itẽ Seruiana.

Retinẽdæ poſſeſſionis cauſſa.

DE interdictis quibus poſſeſsionẽ adipiſcimur dictum eſt, quam
ſi ſemel amiſerimus, ad interdicta quæ recuperãdi vim habent 9
eundum erit. Ad quæ deinceps igitur tranſeamus, ſi priùs tamen
per quæ retineri, & tueri poſſeſſio poſsit (quod proximũ eſt) oſten-
derimus. Aequiſſimũ enim Prætor arbitratus eſt, poſſeſſionem cu
iuſq; aduerſus moleſtas iniquáſq; infeſtationes defendi, ob quam
cauſſam duo edicta propoſuit, quæ vulgò [c] vti poſſidetis, & vtrobi
appellantur: Quorũ priore ita edixit. Vti eas ædes de quibus agi-
tur, nec vi, nec clàm, nec precario alter ab altero poſsidetis, quo
minus ita poſſideatis: vim fieri veto. Quod edictum prohibitoriũ
eſt, quo tuetur eum qui in poſſeſſione eſt, quam licet vſq; huc reti-
nuerit, tamen ne liberiùs vti ea poſſit per aduerſarium turbatur. 10
Alterum eſt quod ita Prætor præpoſuit, eodem modo prohibito-
riũ. Vtrobi hic homo de quo agitur, maiore parte huius anni fuit,
quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Quorum proponẽdorum
cauſſa hæc fuit, quod ſeparata debeat eſſe poſſeſſio à ꝓprietate, quũ
id quotidie

c l.1.ſ. eſt igitur. ff. vti poſſ.

1 id quotidie fieri poſſit, alterum eſſe rei alicuius dominum, non tamen poſſeſſorem: & contra, alterum eſſe rei eiuſdem poſſeſsorem, non tamen dominum. Tum demum verò præſertim competunt, quum de proprietate rei alicuius cõtrouerſia futura eſt, licet interdum quoque aduerſus eum intendi poſſit vti poſsidetis interdictũ, qui ne cogitat quidem ſe dominum, ſed aliter moleſtus eſt, ne libere re ſua vtatur: Veluti ſi quis in ſuo ædificare ꝓhibeatur, aut ſi inquilinus dominum ædes reficere volentem prohibeat, ſicque poſ-
2 ſeſsionis tantũ controuerſiam faciat d. Verùm in eam ſępiùs cauſſam interdicta hæc proponuntur, vt petitorio ſeruiant, quãdo nõdum inter litigatores cõuenit, vter poſſeſsor ſit, vtérve petitor: ſed inter eos id cõtenditur: quia alteruter ſe magis poſsidere affirmat. Illud enĩ imprimis diſcerni aut cognoſci oportet, vter reus ſit, vter actor: quum eſſe debeat qui onera petitoris ſuſtineat, & qui cõmodo poſſeſsoris fungatur e. Tandémque exitus poſſeſsionis de qua anteà pronunciandum erit, hic eſt, vt qui victus eſt, petitoris par-
3 tibus fungatur, & tũc de dominio ab eodem iudice quæratur f. Et niſi anteà exploratum fuerit vtrius poſſeſsio ſit, impoſſibile eſt petitoris actionem inſtitui. Nam neque ius ciuile id recipit, neque naturalis ratio admittit, vt aliter iudicium procedat, niſi ante omnia nouerimus quis petitor ſit, & à quo petatur. Vnde quia longè commodiùs meliúſque eſt poſsidere, & potius quàm petere, in perſonámve experiri, plerunque & ferè ſemper ingentes exiſtunt contentiones de ipſa poſſeſſione, vtriùs ſcilicet ea ſit. Poſſeſsionis autẽ
4 commodum in eo eſt, quod quanuis res de qua agitur poſſidentis non ſit, interdum tamen obtineat. Quum videlicet rem ſuam eſſe actor probare non potuit. Siquidem remanet in ſuo loco poſſeſſio, qualis qualis anteà penes poſſeſsorẽ fuit g. Et qui res alienas poſſident, licet iuſtam tuendi cauſſam nullam habeant, nõ niſi tamen ſuam intentionem implentibus reſtituere coguntur h. Quapropter ſi obſcura ſint vtriuſque iura, incertúmq; eſt actor an reus dominus ſit, pro reo fertur ſententia, & contra petitorem iudicari ſo-
5 let. Quoniam ſemper quum actor in probatione deficit, qui ꝓbandi onus ſuſtinet, victoria reo paratur, quod in omnibus petitoriis & poſſeſſoriis iudiciis expeditum eſt, in quibus apparet quis actor & quis reus ſit. Sed in hoc duplici retinendæ poſſeſsionis interdicto, in quo vterque litigator, tam actor quàm reus eſt, multo incertiùs eſt, dum eodem modo iura vtriuſque obſcura ſunt, quid iudi-

d l. 3. §. 1. ff. vti poſſ.

e l. inter litigantes. ff. de iud.

f l. exitus. ff. de acquir. poſſ.

g l. 2. C. de proba.

h l. vlti. C. de rei vẽdi.

candum ſit. Et ſanè nõ mediocris in hac re iudicis ſolertia qua ſeſe 6
explicet deſideranda eſt, cui imprimis curandum erit, vt probationes vtriuſque, prolatáq; apud ſe poſſeſſionis inſtrumenta, diligentiſſimè reuoluat, & executiat, quo potioribus ſubſcribat. Etenim ſi gnauiter oĩa conferat, vix fiet quin diſcrimen aliquod animaduertat, quo iuſtior alterius appareat poſſeſsio, & potior ꝓbatio: Quod tamen ad certum modum pręſcribi, diffinirive nullo modo poteſt.
Aut enim iuſtior firmiórque oſtendetur poſſeſſio altera, quia cum 7
bona fide, altera non: vel altera cum titulo, & altera ſine titulo: [i], vel quia alteri fauet ius cõmune, alteri non. Aut manifeſtior, quoniam illius vſus frequẽtior, vel notior: Aut probatio ipſa validior, propter teſtium vel numerũ, vel dignitatem, authoritatẽ, exiſtimationémve, quæ in hoc præualebit [k]. Et ea quidẽ omnia ſingula, aliáq; ad rẽ pertinentia ſequenda erunt, ex quibus animi ſui motũ cõfirmet. Quod ſi interim dũ de poſſeſſione apud iudicẽ quæritur,
periculũ ſit ne id arma hi qui de ea contendunt 8
veniant, interuenire vltro † iudicẽ oportet, vt ſequeſtrũ qui interea poſſideat nominet [l]. Nam ad arma aut rixã eos procedere pati iudex non debet, quos ſua iuriſdictiõe poteſt cõpetere [m] †.

† Hæc ſequeſtratio moribus noſtris ab altero litigãtiũ petitur, qui timet fortè ne potẽtior aduerſarius litigioſæ rei fructus præripiat. Adeóque huic interdicto peculiaris eſt, ut ſi reus proprietatis ſe dominũ publica etiam ſcriptura doceat, non impediet tamen quominus res ſequeſtretur: quod pluribus areſtis confirmatur. Idque ideo quoniam poſſunt ex pluribus cauſſis inſtrumẽta refelli, quæ altiorem requirunt indaginem. Vnde in hac liticula, quæ ſummatim diſcuti debet, minimè 9
ſunt admittenda.

† De forma ſequeſtrationis apud nos faciendæ. Quãdo petenda ſit, quando nõ admittatur & qui ſequeſtri eſſe poſſint vide Imbert. inſt. for. i.

i Bald. in l. data opera C. qui ac. non poſſ.

k l. ob carmen. §. vlti. ff. de teſt.

l Fab. hic & Bald. in l. vlti. C. de ord. cogni. licet Bar. contra. in l. ſed & ſi diſceptetur ff. vbi pup. educ. deb.

Sed interdicto quidẽ.

HAec igitur retinendæ poſſeſſionis interdicta ſunt†, vti poſſidetis & vtrobi: inter quæ tamen nonnihil eſt differentiæ: quia vti poſſidetis interdictũ, de fundi vel ædiũ omníque ſoli † poſſeſsione ſcriptum [n] eſt, pertinétq; ſaltèm vtiliter ad iurium incorporalium tuendam poſſeſsionem, nempe ſeruitutum earum, pro quibus ſpecialia interdicta propoſita 10
non ſunt, quas aduerſariùs pati recuſat. Annui item reditus, præſtationíſve annuę [o] † non in-

† pertinet & ad mobilia moribus noſtri ſi tanquam vniuerſum aliquid poſtulentur, uel ſi rebus ſoli accedant, aut iuriſdictionis iure ſint occupata.

† Item & pro muneribus iuriſdictionũ regiarum non regis tribunalibus inferiorũ. Quæ quoniã precario poſſidentur pro arbitrio reuocari poſſunt: niſi ea ex remuneraationis cauſſa, aut matrimonij fauore collata eſſent. Vide Imbert. lib. 1. inſt. forenſ.

m l. æquiſſimum. ff. de vſuf.

n l. 1. ff. vti poſſ.

o Fab. hic.

diſcriminatim

1 diſcriminatim quidem, ſed quæ ob fundi, reíve certę cauſſam debe- p Fab.in.l
tur. Atque ſi certo non appareat quam obrem eam quis ſoluerit, l.C.de iur.
tum ꝑpter totum ſuum ſoluiſſe patrimonium [p] præſumitur. Aut emphi.
ſi vicinus nouæ ſeruitutis ius ſibi vendicet, vt ſi in pariete meo & q l.3.§.ſi vi
ſuo tectoria habeat, vel ſi alio modo quis libertatem noſtram [q] in- cinus.ff.
terturbet. Non aliter atque anteà oſtendimus, confeſſoriam nega- vti poſſ.
toriámque in rem actionem eodem modo pro ſeruitutibus compe- r ſupra ī.§.
2 tere [r]. In ſumma denique locũ habet vti poſſidetis interdictũ, quo- æquè de
actio.
ties quis prohibeatur qualiter velit ſuo vti [ſ], in-
terdictum verò vtrobi † de poſſeſsione rerum ſ l.ſicuti.§.
tantùm mobilium locum habet. ariſto.in fi.
ff.ſi ſer.vé.

† *Formam huius interdicti, & interdicti uti poſsidetis quæ apud nos inoleuit. Vide per Imber. lib. i. inſt for.*

Horum ſanè interdictorũ vis ac poteſtas plu- *Quorũ*
rimam apud veteres differentiam habebat: *vis ac po-*
Nam is vti poſsidetis interdicto vincebat olim, qui eo tẽpore quo *teſtas.*
Prętor ex officio interdicebat, nondum conſtituto iudicio, aut de-
3 legatis iudicibus, qui de cõtrouerſia cognoſcerent, ſine vitio eam
poſsidebat: hoc eſt, neque vi inuaſam, neque clàm arreptam, neq;
precario ab aduerſario conceſſam, quanuis ab alio quàm aduerſa-
rio vi expulſo poſſideret, aut clàm ab alio poſſeſsionẽ arripuiſſet,
vel precario conceſſam habuiſſet, dum nihil tamen ſic ab aduerſa-
rio detineret. Vtrobi verò interdicto is vincebat, qui maiore parte
eius anni retro, nec vi, nec clàm, nec precario itidem ad aduerſario
poſsidebat, vt ſi duobus tantùm etiam menſibus poſſediſſet, ſi mo-
do aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis eiuſdem rei
4 poſſeſsionem habuiſſet, quoniã ſic maiore parte anni poſſediſſe
exiſtimabatur [t]. Planè ob eam cauſſam, in hoc poſteriori interdi- t maiore.ff
cto, præterita poſſeſsio aliter quàm in poſſeſsione ſoli, priorive vti de ver.ſig.
poſsidetis interdicto deſiderabatur: quia vna tantùm, & certa ſem-
per eſt rei mobilis poſſeſsio, quæ ſi præſens potior fuiſſet, quum ea
excedere facillimum eſt, futurum erat, vt vnius fortè dieculæ præ-
ſens poſſeſsio, diuturniori paulo tamen antiquiori iniquiſsimè
præualuiſſet, quod in rei immobilis poſſeſsione aliud prorſus eſt.
5 Siquidem ea varia ex variis actibus incertiùs colligitur, vnde e-
uidens cauſſa erat cur de præſenti poſſeſsione, quæ ſæpiùs con-
trouerſa eſt interdiceretur. Et ita quidem hæc olim in vſu erant. *Hodie*
Sed ea hodie aliter obſeruantur, hócque diſcrimen, quod antiqui- *tamen.*
tati placuit nunc ſublatum eſt: vt ille ſemper vincat, & in re

ſoli, & in re mobili, qui poſſeſsionem litis conteſtatę tempore ſine 6
vitio poſsidet. Neque amplius quærendum erit vter interdicti red
diti tempore poſsideat, vtérve maiore eius retro omni parte poſſederit, ſed vtriuſque interdicti poteſtas quantum ad poſſeſsionem
pertinet exequata eſt, nulla facta inter ea differentia, vt is ſemper
inquam obtineat, qui non vi, non clàm, non precario, ab aduerſario eóve qui perſonā aduerſarij referat, vt ſeruus, colonus, & procurator, litis conteſtatæ † tempore poſſidet: quoniam aduerſus alium iuſta an iniuſta ſit poſſeſsio nihil refert, & hoc ipſo qui poſsidet, plus iuris habet, quàm is qui poſſeſſor non eſt. His autem verbis vi, clàm, & precario, omnia poſſeſsionum vitia complectimur: intérque imprimis odioſum vis eſt, quando id quod vi factū ſit, nullo iure poſsit defendi. Vim autem facere intelligitur, qui quomodo nō ſinit poſsidentē eo quod poſsidebat vti arbitrio ſuo, liberámque poſſeſsionem aduerſarij non relinquit v. Clàm poſsidere eum dicimus, qui furtiuè ingreſſus eſt in poſſeſsionem, inſcio eo quē ſibi facturum controuerſiam ſuſpicabatur, & ne id faceret timebat, eámque poſſeſsionem ſic nactus eſt. Nam ſi aliter cum poſsideret, non clàm, ſe celauerit, clàm poſsidere non videbitur: quia non ratio poſſeſsionis obtinendæ, ſed origo exquirenda eſt. Neque clàm poſsidere dici poteſt, qui non ignorante, ſed
conſentiente eo ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bo- 9
na fide poſſeſsionem nanciſcitur x. Precario item poſsidet, qui precibus rei poſſeſsionem conceſſam habet, pro cuius reſtitutione, ſiue eam habeat, ſiue dolo malo fecit, vt habere deſinat, peculiare interdictum Prætor accommodauit: innitens naturali æquitati, quum huiuſcemodi liberalitatis genus quod precario conſtat, volenti reuocare permiſſum y ſit. Ex quibus conſpicuum eſt, duos rem eandem eodem ſimul tempore poſsidere poſſe.
Quod quidem mirum eſſe non debet, quia poteſt vnus eam i 10
pſam rem naturaliter poſsidere, cuius alter poſſeſſionem quam ius ciuile z introduxit, animo retinet. Cæterùm poſſeſſio ipſa, reíque corporalis detentio, non magis eadem apud duos eſſe poteſt, quàm vt tu ſtare videaris in eodem loco in quo ego ſto, vel in quo

† moribus noſtris id aduerſatur, nam ſub initium huiuſce interdicti ſtatim res de qua controuerſia eſt ſequeſtratur: Vnde ſit, ut litis cōteſtatæ tempore neuter litigatorum re ipſa poſſideat. Proinde is apud nos hoc interdicto uincit, qui ultimo ãno ante turbatam poſſeſsionem re ipſa poſſedit. Secundum Ioan. Fab. hic.

7

8

v l. vim facit. ff. de vi & vi arma.

x l. clàm poſſidere. ff. de acq. poſſeſ.

y l. 1. & 2. ff. de pca.

z l. 1. §. deiicitur. ff. de vi & vi ar.

1 in quo ego ſedeo, vt tu ſedere videaris [a]. Denique ſicut is qui hoc interdicto vtitur, rem controuerſam iuſtè ſe poſſidere cauſſari debet, non vi, non clàm, non precario, illatæ vis tempore, poſſeſſorémque ideo ſe declarari † petere: Ita reum huic primum interdicto intercedere, actoríſque libello repugnantia prorſus adducere oportet: nempe conſimilem poſſeſsionem, & iudicem rogare, vt ſe in ea poſſeſſionis tranquillitate tueatur. Atque in his iudiciis condemnationis ſumma refertur ad æſtimationem rei ipſius, hoc eſt, quanti res eſt. Quod ſic accipimus, quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſsionem retinere, non quanti ipſa rei proprietas eſt: quum longè aliud ſit rei precium, aliud poſſeſsionis [b]. Habetur & ratio fructuum, ſed exinde ex quo edita † ſunt interdicta hæc, non retro [c].

a l.poſſideri.§.ex contrario.ff. de acq.poſ.

b l.3. in fi. ff. vti poſſ.

c l.in interdictis.ff.de interd.

† Alia eſt hodie ratio proponẽdi huius interdicti, quod tria capita habet: nempe rei cõtrouerſæ ſequeſtrationem, quam furnimẽtũ quærimoniæ appellãt. Item
2 *fiduciariã poſſeſſionẽ, quã recredentiã dicũt, ei adiudicandã, in quẽ victoria magis inclinat. Deinde pleniſſimã & irreuocabilẽ poſſeſſionem, quam aut manutenutã, aut plenũ poſſeſſorium uocãt, dum uetat*
3 *iudex ne uictori in poſſeſſiõe uis fiat. De quibus videto oĩno Imb. lib.1.inſt.foren.*

† Hodie fructuũ ratio habetur, ab anno proximo ante motum interdictum: nam eius tẽporis fructus apud ſequeſtrũ moribus noſtris depo-
4 *nuntur.*

Poſſidere autẽ videtur

QVoniam ergo imprimis omninóque neceſſarium eſſe poſsidere eum qui hoc retinẽdæ poſſeſsionis interdicto experiri voluerit, ſatis oſtendiſſe videmur, operæprecium facturi ſumus, ſi de poſſeſsione ipſa quędã huic loco apprimè neceſſaria ſubieecerimus. Et quidẽ poſſeſſio rei alicuius (vt de ea dicere ordiamur) penes aliquẽ eſſe intelligitur, nõ ſolùm qui eam poſsidet, hoc eſt, detinet, & ei inſiſtit, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſsione ipſa ſit: ſiue is iuri eius ſubiectus ſit, vt ſeruus, ſiue non ſit, vt colonus qui fundum conduxit, vel inquilinus, cui ædes locatę ſunt [d]: quí ipſi propriè non poſsident, quia alieno nomine poſsident, ſed in poſſeſsione eſſe dicũtur, quod lõgè diuerſum [e] eſſe dictũ eſt. Proinde eis pſonis iudicia poſſeſſoria cõpetere nõ dicũtur, ſed ei cuius noĩe poſsidẽt [f], q̃uis eiſdẽ ſubueniri
5 iudicis officio, vt detẽtionis ſuæ ius tueri poſsint, æquiſſimum ſit. Cæterũ colono qui ſibi poſſeſsionẽ interuertit, vnde vi interdictũ cõpetere ſi deiectus ſit reſpõſum [g] eſt. Quod ſi is p quẽ poſsidem⁹, deceſſerit, vel alio modo poſſeſſor eſſe deſinerit, necdũ poſſeſsionẽ amittim⁹, donec aut poſſeſſionẽ adipiſci neglexerim⁹, aut extrane⁹

d l.re pignoris.ff. de acq.poſ.

e l.3.§.creditores. ff. vti poſſ.

f l.1.§.qđ ſeruus.ff. de vi & vi arma.

g l.colon⁹. & l. cũ fundũ.ff. de vi & vi arma.

Per eos quoque.

interim eam rem poſsederit [h]. Et hæc quantum ad ſoli poſſeſsionem attinet: Sed & res quoque mobiles per eos apud quos eas depoſuerimus, vel quibus commodauerimus, ipſi poſsidere videmur. Proinde ſi tibi commendauero, tu Titio qui tuum eſſe exiſtimet, nihilominus id poſsideo: & id per quamlibet plurium perſonas factum ſit, obſeruandum ita [i] erit, niſi is apud quem ea res fortè ierit, poſsidere ſibi eam, neque reddere conſtituat [lz]. 6

h l.ſi de eo.§.i. de acq. poſ.ff.

i l.qui vniuerſas.§. ſi ego.illo ti.

Et hoc ſcilicet illud eſt, quod in genere vulgo dicitur retinere poſſe aliquem poſſeſsionem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſsione. Nam altero naturaliter poſsidente, ipſe animo (quod iure ciuili introductum eſt) poſsidet [l]. Vnde quemadmodum naturalis ea poſſeſsio dicitur, quæ rei corporalis detentionem habet, ita & ciuilis poſſeſsio appellata eſt, quia ciuilis iuris interpretatione tenere ac poſſidere intelligimur. 7

lz l.ſi rem mobilem.illo tit.

l l.i.§. deiicitur.ff. de vi & vi ar.

Quin- etiã ſolo quoque.

Quinetiam ſolo quoque animo retineri poſſeſſionem placuit, ſi neque ipſe, neque alius quiſquam eius nomine in poſſeſſione rei
ſit: vt in omnibus prædiis dici poteſt, ex quibus non hac mente 8
recedimus, vt amittere poſſeſſionem velimus [m], ſed inde diſceſſimus poſteà reuerſuri: quod in agris prædiiſque ſuburbanis, & ſaltibus æſtiuis, familiarius adhuc iudicari poteſt, à quibus ſub hiemis tempus propter incommodiorem habitationem diſcedimus, eodem quum tempus inuitauerit reuerſuri. Aut cum quis proficiſcitur ad nundinas, nemine domi relicto, & nihilominus eundem animum poſsidendi quem priùs habuerat retinet [n].

m l.i.§. quod vulgo.ff. illo tit.

n l. qui ad núdinas.ff. de acq.poſ.

Quod vtilitatis cauſſa receptum eſt, ne teſtudinis more perpe-
tuo domi nos continere, aut ius noſtrum amittere cogamur. 9
Etenim in amittenda poſſeſsione, affectio eius qui poſsidet intuenda eſt: nam & ſi in fundo ipſo ſis, & nolueris eum poſſidere, ilico poſſeſſionem amittes [o]. Et quemadmodum animo tantum poſſeſſio retinetur, ita eodem modo animo ſolo amittitur, tametſi illam non ſic adipiſcimur. Atque adeò id verum eſt, nudo animo fundi poſſeſſionem retineri, & amitti, vt & ſolo metu, ſoláque ſuſpicione amittendæ poſſeſſionis, quam a-
lius nobis abſentibus inuaſit, poſſidere deſinamus [p]: quaſi 10
timore conterriti, & animo conſternati animum ipſum deiecerimus. Non ſi quis incommodis & periculis deterritus, reditum in fundum tantum diſtulerit, animum tamen interim retinuerit [q]. Quemadmodum igitur poſſeſſionem nobis traditam:

o l.poſſideri.§ in admittẽda. ff. de ac.poſſ.

p l.ſi id qđ §.v't.ff. illo titu.

q l.licet.C eodem tit.

& per quos

1 & per quos retinere poſſumus, viſum eſt. Qui autē ſint per quos
acquiri poſſeſſio queat, pleniùs ſupra ſecūdo libro expoſuimus. Vt
puta ꝑ noſmetipſos, & per eos quos in poteſtate habemus, vt ſunt
liberi noſtri vtriuſque ſexus, ſeruíque, per quos & earum quidem
rerum quas peculiariter tenemus, ignorantes etiam poſſeſſionem
acquirimus [r]. Sed & per communem. [s] ſeruum, cúmve in quo v-
ſumfructum tantum habemus [t], ancillámque, [v] atque etiam eum
2 quem bona fide poſsidemus, quanuis alterius ſit, vel liber, poſſeſ-
ſionem adipiſcimur: ſi & ipſi velint nobis acquirere poſſeſſionem,
non alteri [x]. Item per procuratorem, tutorem, aut curatorem, qui
noſtro minimè poſſeſſionē nacti [y] ſunt: Si & illi omnes per quos
volumus poſſidere, tales ſunt vt habeant intellectum poſſidendi.
Nam ſi furioſum ſeruum miſeris, vt poſſeſſionem apprehendat,
nequaquam videtur apprehendiſſe, quia affectionem tenendi non
habet, licet maximè rem ſuo corpore contingat, perinde ac ſi dor-
mienti aliquid in manu poſueris [z]. Verùm de infante, & ſi nō om
3 nino intellectum capiat, poſt diuerſorum authorum diſſentientes
ſententias conſultius viſum eſt, donatarum ei rerum & traditarum
poſſeſſionem per traditionem quæri, quia licet plenus non ſit ei
animi affectus, aliquid tamen aliter quàm in furioſo affectionis co
gnoſcitur, quam adiuuandam eſſe vtiliter admiſſum [a] eſt. Iam pri
mum verò poſſeſſionem adipiſci ſolo animo non poſſe nulla dubi
tatio eſt, eam enim corpore & animo adipiſcimur, neque per ſe a-
nimo, aut per ſe corpore. Minimè tamē intelligi oportet eum qui
fundum poſsidere velit, neceſſe habere omnes glebas eius circū-
4 ambulare: Nam ei ſufficit quamlibet eius fundi partem introire,
dum ea mente & cogitatione ſit, vt totum fundum vſque ad termi
num velit poſsidere [b]. Interdum porrò nudo animo poſſeſſionem
nanciſcimur, vt ſi venditorem iuſſerim procuratori meo rem tra-
dere, cū ea res in præſentia ſit [c]. Aut ſi vino vendito, cum vniuer-
ſę vini amphorę ſimul eſſent, venditor tollere me iuſſerit, & cuſto-
diam adpoſuerim [d]. Vel ſi claues horreorum apud horrea ipſa ti-
bi traditæ fuerint, in quibus merces ſint reconditæ; quia & traditę
5 ſimul merces intelliguntur [e]. Vel ſi quod nomine meo poſſideo;
volente te, tuo nomine poſſidere conſtituerim, ſtatim per me poſ-
ſeſsionem nactus [f] es. Aut inſtrumento emptionis mancipiorum
donato, & tradito, mancipia quoque ipſa tradita eſſe intelligun-
tur [g]. Et denique per vſusfructus rei tibi venditæ retētionem, per

Adipiſci verò poſſeſſionem.

r l.i.§. itē acquirim⁹. ff.de acq. poſſ.

s d.l.i.§. per communem.

t d.l.§.per eum.

v d.l.§.ceterum.

x d.l.§. hæc quæ.

y d.l.§.per procuratorem.

z d.l.§.adipiſcimur.

a l.donatarum.C. de acq.poſſ.

b l.iii. in prin.ff.illo tit.

c l.i.§. ſi iuſſerim eodem.

d l.quarūdam.eod.

e l.clauibus.ff. de cont. emp.

f l. quod meo.ff.de acqui.poſſ.

g l.i.C.de dona.

quam rei ipſius traditio tibi facta eſſe videtur [h]. In quibus his exem 6
plis omnibus, animi quodam genere poſſeſſio erit æſtimãda [i], quę
& apprehenſionis corporalis vim effectúmque habet. Hęc poſtre-
mò poſſeſsionis cauſſa à proprietate ſeparata [lz]
eſt, idcirco ſeparatim tractanda venit [l]. Proin-
de actorem reus prohibere in hoc iudicio poteſt
ne ad dominij † probationẽ admittatur, idque
ideo ne eo fortè probato, poſſeſſorij iudicij im-
pediatur exequutio [m]. Licet interdum domi- 7
nium tanquam poſſeſſionis adminiculum alle-
gari poſſit [n]. Sed is ſemper erit potior, qui re
ipſa litis conteſtate tempore nouiſſima poſſeſ-
ſione quietè potitus eſt, quantumcunque iure
proprietatis aduerſarius inferiorem illũ doceat.

h l. quiſquis, illo ti.
i l. quarũdam. ff. de acqui. poſs.
lz l. i. ff. vti poſſ.
l l. ordinarii. C. de rei vend.
m. Fab. in l. ĩcerti. C. de interd.
n Fely. in c. licet cau ſam, extra de proba.

† Hæc cõueniũt moribus noſtris, quibus nunquam concurrit poſſeſſoriũ cũ petitorio, adeò ut neque id principali reſcripto liceat, cõſtitutione caroli. 7. Vulgóque hodie petitur, ut cauſſæ ad dominij deductionem pertinentes, actoris, reiue libello inſertæ, cancellentur. Vide Guid. pap. q. 551. licet nõ ignoremus Bart. in l. naturaliter. § nihil cõmune. ff. de acq. poſſ. cõtendere proprietatis quæſtionem cum hoc iudicio cumulari poſſe. Quod apud nos receptũ tantum inuenimus, quũ ĩterdicto utrobi agitur, quo & proprietatis & poſſeſſionis cumulatio permittitur.

Recuperandæ poſſeſsionis cauſſa.

SVpereſt vt nunc de recuperandæ poſſeſſio-
nis interdicto dicamus, per quod Prætor 8
eum qui ex poſſeſsione fundi, vel edium de-
iectus eſt, in poſſeſſionem reſtituit: iuſtum
eſſe exiſtimans vi deiectis [o] ſubueniri. Et pro
poſſeſſione rerum quæ ſoli ſunt tantum da-
tur, totiúſque damni recuperandi cauſſa [p], &
fructuum tam perceptorum, quàm qui percipi
potuerunt, quorum à die deiectionis ratio ha-
betur, quamuis in cæteris interdictis ex quo e-
dita ſunt, non retro, computentur [q]. In hoc e-
nim iudicio priſtina cauſſa reſtitui debet, quam 9
habiturus erat ſi non fuiſſet vi deiectus [r]: propterea tanta condẽ-
natio fieri ſolet, quãti poſsidere interſit. Quod aliquando plus re
ipſa eſt, vt ſi hominem retinere hæreditatis adeundę, aut rei pro-
bãdæ gratia interſit, id ſæpè plus eſt quàm quã-
ti is eſt. Neque tantum pro rebus ſoli competit
interdictum hoc quod vnde vi † dicitur, ſed ge
neraliter ad omnes pertinet, qui de re ſolo co- 10
hęrenti deiiciuntur, qualiſcunque locus fuerit
vnde vi quis deiectus eſt, Et pro rebus etiã mo-

o l. i. in princ. ff. de vi & vi ar.
p l. i. § qui autem vi eodem.
q d. l. i. §. ex die.
r eadem. l. § qui auté.

† Id uulgo à pragmaticis redintegrãda nominatur, quamuis conſtitutio canonis redintegrãda, unde illud nomẽ deductum eſt, multum ab hoc interdicto diſcrepet. ut in proximo ſcolio manifeſtum erit, ſi cuius certè conſtitutionis uſus, in foro etiam laico frequentiſsimus eſt.

bilibus

1 bilibus quæ in eo loco erant vnde deiectus eſt, nō aliter: quoniam earum rerum nomine furti, vel vi bonorum raptorum actio porrigitur, & ad exhibendum agi [f] poteſt. Aduerſus eos autem qui vi deiiciunt †, interdictum hoc expoſitum eſt, ſiue ipſi ſint qui deiecerint, ſiue ij quibus mandauerint, ſiue alij quilibet deiectionem ratam poſteà habuerint: tanta cura Prætori olim fuit ne vis committeretur, quoties per
2 iudicem magis aliquid repoſcendum eſt: quum nihil tam iuri, & legibus inimicū ſit, quàm per vim quidquam agere: Adeò vt neque authoritate reſcripti aduerſus interdictū hoc exceptionem ſibi parare quoquomodo permiſſum [t] ſit, per quod poſſeſſionem ſic adeptā retineat. Imò noſtra etiam conſtitutione à nobis iuſſum eſt,
3 vt ſi quis abſente domino, nō etiā vi, nec clàm, nec precario, vacuam poſſeſſionem occupauerit: protinus eam reſtituere cogatur: ea ſcilicet ratione, quod ſatis ĩtelligere poſſimus, id quod noſtrum non eſt, ad alium pertinere, bonæ fidei quæ minimè conuenire, res alienas vſurpare, ac retinere [v]. Cæterùm non alius deiici videtur, q̃ qui tunc quum deiiceretur poſsidebat, ſiue animo, ſiue corpore. Idcirco ſi de prædio tuo preceſſiſſes nemine reli-
4 cto, & quum redires prohibitus fueris in prædium ipſum ingredi, vi deiectus es: quia adempta eſt tibi poſſeſſio, quam animo retinebas, & ſi non corpore [x]. Rurſus is deiectus eſſe intelligitur, qui omni poſſeſſione excidit, neque per aliquos qui deiecti nō fuerunt poſſeſſionem retinet [y]. Verba enim ipſa edicti Prętoris hæc ſunt. Vnde tum illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, de eo quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: poſt annum verò, de eo
5 quod ad eum qui vi deiecit peruenerit, iudiciū dabo [z] †. Planè ad eam tantū vim pertinet hoc edictū, qua quis à poſſeſſiõe deiicitur, vel expellitur. Nam ſi per vim aliter poſſeſſio turbetur, retinendæ poſſeſſionis interdicto locus erit. Et ſi opus aliquod in ſolo vi, clàm, aut precario, & contra quàm prohiberetur, quis fecerit, & poſſideat, quod vi aut clàm interdictum

† Vnde ui interdictū aduerſus alium quàm eum qui uim intulit, in re ciuili nõ competit. l. cum à te. ff. de ui & ui arma. & ne cui fraudi eſſet doloſa eius tranſlatio, iure pōtificio decretū eſt, ut aduerſus quẽcunque poſſeſſorem uis illatæ conſcium hoc interdicto uti liceret. cap. ſæpè de reſt. ſpol. extra. Sed ne bona fides etiã poſſeſſoris exiguã damno & fraudi eſſet, canone Redintegranda. 3 q. 1. iuſtum eſt id ſtatim quoque reſtitui, à quocũque poſſideatur, quod ui ablatum aliquando fuit.

† De duplici forma ĩterdicti huius hodie exordiendi. vide Imbert. lib. 1. inſti. for.

[f] eadẽ. l. §. hoc interdictum.

[t] l. authoritatem. c. vnde vi.

[v] l. vlti. C. vnde vi.

[x] l. 1. §. ſiue autẽ. ff. de vi & vi arm.

[y] eadem. l. §. non alii.

[z] eadem. l.

aduerſus eum propoſitum eſt. quod quidem ad ipſum delictū pro- 6
priè pertinere dicitur, hoc delinquentis perſonam magis coercet.
Et atrocitatem facinoris in ſe continet, proptereáque in parentes,
& patronum denegatur: nō quia famoſum ſit, infamiam enim nō
irrogat, ſed quia condemnati nomen apud bonos viros lædit: ob
quam cauſſam melius viſum eſt in factū actionē aduerſus eas perſo
nas dari, ſaltē ſi vi armata vſi non fuerint [a]. Enimuerò cogitur is 7
qui deiecit, reſtituere poſſeſſionē per hoc interdictū: licet is cui poſ
ſeſsio reſtituitur ab eo qui deiecerit, vi, clàm, aut ꝑcario poſsideat:
quod in cęteris interdictis oīno diuerſum eſt. Sed hoc ideo, qm̄vis
hæc de qua in hoc interdicto agitur, in primis odioſa eſt, & peiori
loco poſterior ſemper eſt, ex interuallo ſequuta: Nam incontinen-
ti, & antequam aliud agere cœperimus [b], eum qui cum armis ve-
nit, poſſumus eodem impetu, & eadē veluti ira [c] repellere. Quan-
doquidem is qui poſſeſſionem vi ereptam in ipſo congreſſu recu- 8
perat, in primam cauſſam reuerti potiùs, quàm vi poſsidere intelli
gendus [d] eſt.

a ead. l. 1. § interdictū.
b l. cōtinu. ff. de verb. oblig.
c l. quod ait lex. §. 1. ff. ad l. Iul. de adul.
d l. qui poſ ſeſsionem. ff. de vi & vi arma.

Sed ex conſtitutionibus ſacris.

PORrò ne quis cōtempto ſolius poſſeſſionis per hoc interdictum
reſtituendæ incommodo, vim inferre deinceps adhuc facilè au
deat. Sacris principum conſtitutionibus (vt anteà libro ſecundo,
quum de vi bonorum raptorum ageremus diximus) huic malo ꝓ-
ſpectum eſt. Nimirum vt ſi quis rem etiam quæ ſua ſit, per vim oc- 9
cupauerit, dominio eius priuetur. Sin verò alienā, eam vim paſſo
reſtituat, ſimul & æſtimationem eius eidem dependat [e]. Nam &
diui Marci reſcriptum extat, quo ſancitum eſt eum qui petitiones
habere ſe putat, actionibus experiri debere, nō ſibiipſi ius dicere [f].
Quando ſingulis id permittendum nō ſit, quod per magiſtratum
publicè fieri licet, ne inde maior tumultus excitandi naſcatur occa
ſio [g]. Atque adeò inſolentem illam, ſuperbámque eius qui ſibi ius
dicit audaciam, temeritatémque compeſcēdam eſſe iam diu viſum 10
eſt, vt & in eum qui de poſſeſsione aliquem deiecerit, præter hoc
vnde vi interdictum, lex quoq; Iulia de vi priuata, aut publica ex-
poſita ſit: illa quidem quum ſine armis, hæc quando cum armis vis
facta eſt. Quorum armorum vſu, & cōmercio, priuatis hominibus
interdiximus, eáque in publicis armamentariis ad belli vſum repo
ni, & cuſtodiri præcepimus [h]. Atque armorum appellatione non
ſolùm ſcuta, gladios, haſtas, frameas, & galeas, cæteráque, quæ ab
armis,

e l. ſi quis ī tantam. C. vnde vi.
f l. extat. ff de eo quod met.
g l. non eſt ſingulis. ff. reg. iur.
h authent. de arm. coll. 6.

1 armis, id eſt, humeris dependent (quæ propriè armorum appella-
tione continentur) ſed & tela, fuſtes, ceſpites, glebas, & lapides,
omnéque inſtrumentũ quod nocere poteſt, intelligimus [i]. Quod
tamen vis armatæ ab inermi diſcrimen, ad interdictum vnde vi
nullo modo iure quidem noſtro pertinere vide-
tur, vt duo eodem modo interdicta propoſita †
eſſe intelligantur, vnum de vi publica & arma-
ta, alterum de vi priuata. Quoniam hoc inter-
2 dicto, vnde vi quoquomodo facta vis, expellen
do quempiam à poſſeſſione cum armis, vel ſine
armis, ſemper coercetur, eodémque modo de-
iectus reſtituitur [lz].

† Ciceronis tẽporibus aliud fuiſſe uidetur, ut ex oratione ſua pro Cæcinna colligere licet. De qua re uideto hic Balduinum, & Duarenũ, in diſputationibus ſuis cap. 20.

i l.iii.§. armis.ff.de vi & vi arm.

lz l.i.ff.vn de vi.

Tertia interdictorum diuiſio.

DIximus interdictorum quædam eſſe prohibitoria, quædam re-
ſtitutoria, & quædam exhibitoria: deinde ad aliam diuiſionẽ
3 ventum eſt, per quam docuimus alia eſſe interdicta adipiſcendæ
poſſeſſionis cauſſa cõparata, alia retinendæ, alia recuperãdę. Reli-
quum eſt, vt nũc ad tertiam, vltimámque interdictorum omnium
diuiſionem tranſeamus. Horum enim aliqua ſunt ſimplicia, alia
duplicia: Simplicia ſunt, in quibus actor à reo diſcretus eſt, altérq;
actor, & alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, & exhibito-
ria: quoniam actor eſt qui ſibi poſſeſſionem reſtitui, aut id quod ce
latur exhiberi, producíque deſiderat. Reus autem à quo petitur,
vt aut poſſeſſionem reſtituat, aut quod celatur exhibeat. Prohibi-
4 toriorum verò interdictorum alia ſimplicia ſunt, & alia duplicia.
Simplicia ſunt, veluti quum Prætor prohibet in loco ſacro, aut flu-
mine publico, ripáve eius aliquid fieri. Nam qui deſiderat, prohi-
bétve ne quid fiat, actor eſt. Is verò qui aliquid facere conatur, &
prohibetur, reus eſt. Duplicia ſunt, veluti vti poſsidetis interdictũ,
& vtrobi: quæ ideo duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigan-
tium in his conditio eſt, neque quiſquam eorũ præcipuè vel actor
5 vel reus videtur, ſed vterque eorum, & actoris, & rei partes ſuſti-
net. Vnde Prætor edicto ſuo neque hunc, neque illum, actorẽ aut
reum facit: ſed media quadam enunciatione ad vtrunque ſermo-
nem hũc ſum ita dirigit, Vti poſsidetis, quominus ita poſsideatis,
vim fieri veto. Item Vtrobi hic homo de quo agitur, maiore parte
huius anni fuerit, quominus is eum ducat, vim fieri veto. Quod in
prioribus edictis aliud eſt, in quibus quum aliquid fieri aut vetat,

aut iubet,eum qui contra fecerit ilico reum oſtendit , & ei contra 6
quem factum eſt,interdictum pollicetur, & ita actorē facit . De a-
ctionibus eodem modo anteà dictum eſt, quaſdam eſſe duplices,
vt familiæ herciſcundæ actio,cōmuni diuidundo,& finium regun
dorum,in quibus vterque actor & reus eſt,& vtrique actio compe
tit,párque omnium cauſſa videtur.

De ordine.

POſtremò de formulis interdictorum obſoletis,eorundémq; or- 7
dine & veteri exitu ſuperuacuum eſt hodie dicere,quoniā Præ-
tores olim ſicut anteà meminimus,vt innumeris grandibúſque de
poſſeſsione cōtrouerſiis,& altercationibus obuiam irent,ſuis edi-
ctis multa interdicta propoſuere,qui ſecundum quod ab vno quo-
que propoſitū eſſet,interdicebant,& iudices delegabant,qui cauſ-
ſa cognita de poſſeſsione pronunciarent, interdictáque ſua veluti
exequerentur. Quorum interdictorum loco, vt omiſſis iis formu-
lis,& priſcis ambagibus,iudex competēs recta via adiri poſſet, in- 8
troductæ ſunt actiones in factū, quibus apud illum ſummotis in-
terdictis vteremur. Quoties enim extra veterem illum ordinē,for
mularúmque ſolennem cōceptionem,ius dicitur, veluti in omni-
bus hodie iudiciis fit,ſubtilitas illa ſuperflua eſt,nec interdictū red
di neceſſe eſt. Sed Prætoris priùs interdicētis ſublato officio, recta
via,ſimpliciter,& communi iure agimus,nihil cunctātes, vt iudi-
cio per eum conſtituto actio denuò detur. Verum perinde iudica- 9
tur,ac ſi ea vtilis actio ex cauſſa interdicti per eum reddita fuiſset.
Et licet in his iudiciis extra antíquam formulam,& priſcum ordi-
nem poſitis,ob idque extraordinariis,interdicta propriè locū non
habeant:ad exemplum tamen eorum res per in factum actionem
agitur [l]. Quæ quidē actio,quoties nō eſt impletus actionū nume-
rus [m], ex multis variíſq; iuris articulis [n] deſiderari quoque ſolet. 10
Ideo ex omni Prætoris edicto,vel interdicto datur:quoties ſpecia-
lis actio non eſt, & ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus a-
ctionibus,proprium nomen non inuenimus [o].

l l.incerti. C.de īterd.

m l.quia actionū.ff. de præſcri. verb.

n l ſancimus.C.de ſacroſ.eccl.

o l.1.ff.pſcrip.verb.

Paraphaſis in titulum de Interdictis,finis.

EXCVDEBAT RENATVS *Aprilis, expenſis honeſti viri Galeoti à Prato, Bibliopolæ in Academia Lutetiæ Pariſiorum, Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo. 13. cal. Septembris.*

1548.



Cum gratia & priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

27

BIBLIOTECA